



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Hermanni Contracti Comitis De Vöringen, Maioris Auggiæ Monachi  
Cronicon, Vvlgato Illo Et Ab Eo etiam Qvod Vrstisivs Edidit, Longe  
Diversissimum & Iocupletius. Nvnc Primvm Ex Manuscripto Codice ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

HERMANNI  
CONTRACTI COMI-  
TIS DE VÖRINGEN,

MAIORIS AVGIAE MONA-  
CHI CRONICON,

τ

VVLGATO ILLO ET AB EO ETIAM QVOD  
VRSISIVS EDIDIT, LONGE DIVERSIS-  
simum & locupletius.

NVNC PRIMVM EX MANVSRIPTO CO-  
DICE AVGVSTANI MONASTERII SS. AFR. A  
& Vdalrici editum.



Hhh 3

AD



## AD LECTOREM.

**H**ERMANNO *Vrsifius* *tom. I.* illustrum Germanicorum Scriptorum, vulgare Hermanno editioni aliam locupletiore adiunxit, e regione respondentem. Cum quibus, si quis hoc nostrum *Vrsifianum* a pogr aphum conferat, deprehendet, esse utrisque longepolius, auctius, atque emendatius. Ut autem huius universitatis causam, quæ mihi videtur, significem; censeo Hermanno in corrigendo chronico id evenisse, quod & hodie multis claris Scriptoribus placet, quem lambendo formavit, variavit; & hoc aliquoties: ut proinde accesserint multa. Hæc coniectura *Vrsifij* est: quam, erum mecum, non pro certa recipiant; & eo quidem nunc minus, quod tertia Hermanno Editio accedit: qua ego fere persuadeor varietates à descriptoribus esse, quorum alius pro cuiusque captu, nonnulla adiecerit, alius rescenerit. id enim quod plerumque fieri consuevit obseruo in illis libris, quos monachi illique prius describebant. Sane insunt huic, nusquam unquam antea visa, quæ historiam illius eui illustrent. Quis Hermannus fuerit, heretice habe. Comites de *Voringen* ditionem habuerunt in alpiibus Suevia, & Danubium supra *Riedlingam*. Ex horum illustri familia *Hermannus* *themius* Monachum sancti Galli facit: sed errat. Erroris causa forte est vulgata illa editio primùm ex codice *Sangallensi* transcripta fuit. *Mannus* esse cenobitam in *Angia Maiori* (*Reichsaw*) in insula lacus *Cellenis*, *Acronij* appendix est, ipsemet sæpe diserte fateretur. *Hermannus*, qui dicitur *Cötractus*, inquit *Abbas Spanheimensis*, Monachus *Cenobij sancti Galli*, ordinis diuini patris *Benedicti*, natione *Teutonicus*, filius *Comitis de Voringen* in *Suecia*, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularibus literis, vniuersaliter doctissimus, philosophus, poeta, astronomus, rhetor & musicus, nulli suo tempore secundus, trium linguarum, *Græcæ*, *Latinae*, & *Arabicae* peritissimus. Scripsit carmine & prosa multa præclara volumina, de quibus ego tantum reperi subiecta: videlicet de musica, de monochordo, de sex ætatibus mundi, de compositione

Astrolabij, de utilitate astrolabij, de eclipsibus, de quadratura circuli, de conflictu rythmomachia, de physiognomia, vitas plurium Sanctorum, Hymnos & profas varias. Composuit etiam dulci & regulari melodia cantus & profas pulcherrimas: Equibus est illa de beata Virgine Maria dulcissima: SALVE REGINA. Et: ALMA REDEMPTORIS MATER. & cetera, quarum copiosus est numerus. Transtulit etiam nonnulla Graecorum Philosophorum & Arabum Astrologorum volumina in Latium. Membris fuit iuxta nomen suum contractus, sed semper ingratiarum actione perseverans. Vnde & per Beatam Virginem Dei Genitricem interius mirabiliter consolari & illustrari meruit. Claruit temporibus Henrici Imperatoris secundi. Anno Domini

M. XL. Ex omnibus illis libris Hermanni solum Chronicon de sex mundi aetatibus iam extat.



CHRO-



CHRONICA HER  
 MANNI, VIRI NOBILIS,  
 COMITIS DE VÖRINGEN, AC AVG. MONA

Augiensis.

sterij Monachi religiosissimi: Scripsit ad tempora Papa Vili-  
 ris 21. & Hainrici Imperatoris, ad annos ab Incar-  
 natione 1054. & anno ata-  
 tus 44.



N No 42. Octauiani Augusti Cæsaris, ex quo  
 autem Ægyptus in Prouinciam redacta est, &  
 Cleopatra cum Antonio victa, 28. anno; ab ur-  
 be verò condita 752. Olympiadis 193. anno  
 tio Dominus noster IESVS Christus in Bethleem Iude-  
 nascitur: transactis ab initio mundi secundum Hebraeos  
 veritatem annis 3952. secundum septuaginta Interpretes  
 verò 5199.

2. Infantes pro Domino trucidantur ab Herode.
- 3.
- 4.
5. Asinius Pollio orator moritur.
6. Herodes Rex Iudææ cum magno cruciatu moritur.  
 Pro quo Archelaus regnavit annis 9.
7. Fames magna Romæ facta est.
8. Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasq; subegit.
- 9.
- 10.
- 11.
12. Iani poræ, 12. annis iam ab Augusto clausæ aperitæ.

13. Messala Corvinus orator moritur.  
 14. Eclipsis solis facta est.  
 15. Archelaus in Viennam Gallia urbem ab Augusto relegatur. Et AVGVSTVS moritur anno ætatis 76. Imperij 56. pro quo TIBERIVS regnat annis 23.  
 16. Herodes Tetrarcha Iudæorum regnum tenuit annis 24.  
 17. Mathematici vrbe pelluntur.  
 18. Liuius Historiographus moritur. Ouidius poëta in exilio \*mittitur. *\* al. moritur*  
 19. Germanicus à Tiberio missus Germanos vicit.  
 20. Tredecim vrbes terræmotu corruerunt.  
 21. Fenestella historiographus & poëta moritur.  
 22. Tiberius multos Reges ad se vocatos dolo nunquam remisit.  
 23. Pompeij theatrum incensum est.  
 24. Tiberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno veneno periit.  
 25.  
 26.  
 27. Pilatus præses Iudææ à Tiberio mittitur.  
 28.  
 29.  
 30. Dominus IESVS Christus à Ioanne baptizatur trigesimo anno ætatis suæ secundum carnem inchoante, & prædicare cœpit.  
 31. Ioannes Baptista ab Herode Tetrarcha decollatur.  
 32.  
 33. Dominus in Ierosolyma passus est & resurrexit. Eclipsis solis, & maximi terræmotus facti sunt.  
 34. Iacobus frater Domini Ierosolymorum Episcopus ab Apostolis ordinatus sedit annis 30.

35. Pilatus imaginem Cæsaris in templo statuens, seditionem excitauit.

36. Pilatus Romam venit, & de miraculis Domini Cæsari nunciauit.

37. Tiberius ea, quæ à Pilato audierat Senatui nunciauit, sed Senatus contempsit.

*Hæc et sequē-  
tia ad orā ad-  
scripta sunt in  
m. s. Gaius re-  
gnat ann. 3.  
mens. 10. dieb.  
& vir scelestis-  
simus.* 38. Tiberius populum Romanum grauiter afflixit, & ipse veneno periit.

39. Herodes Agrippa Rex Iudææ à Gaio constitutus, regnat annos 7.

40. Iudæi apud Alexandriam profligantur, pro quibus Philo clarissimus scriptor Gaium interpellans, nihil profuit.

41. Pilatus semetipsum interfecit, magnis à Gaio calamitatibus oppressus.

42. Mattheus Euangelium hebraicè scripsit. Gaius occiditur à suis.

*Claudius  
annos 13. mens.  
& dies 28.*

43.

44. Petrus Apostolus Romam venit, ibiq; per 25. annos prædicans, Episcopatum tenuit.

45. Herodes Agrippa ab Angelo percussus, expirauit: pro quo filius eius Agrippa regnauit ann. 26. Marcus Euangelista in Ægypto prædicauit.

46. Claudius Britanniam subegit. Fames magna facta est.

47. Noua Insula 30. stadiorum in mari apparuit.

*m. s. habet:  
69244.*

48. Ciues Romani à Claudio numerati inuenti sunt sexages novies centena & quadraginta quatuor millia.

49. Iudæorum in seditione 30000. necantur in diebus Azymorum.

50.

51. Claudius Iudæos vrbe expulit.

52. Magna fames Romæ facta est.

53. Claudius Felicem Procuratorem Iudææ fecit.  
 54. His temporibus Simon Magus simoniacæ hæreseos auctor extitit.  
 55. Ægyptius quidam pseudopropheta Iudæorum plures seducens, à Felice opprimitur.  
 56. Claudius veneno mortuus est anno ætatis 64.  
 57. Nero flagitiosus primam in Christianos persecutio- *Nero ann. 17.*  
 nem exercuit, Seditio in Cæsarea orta plures Iudæorum *mens. 7. dies*  
 perdidit. *28.*  
 58. Paulus Apostolus Romam à Festo præside mittitur.  
 59. Huc usq; librum, Actus Apostolorum, Lucas Euange-  
 lista perduxit, continentem annos à Passione Domini 27.  
 60. Status Poëta clarus erat.  
 61. Nero Agrippinam matrem suam & sororem patris in-  
 terfecit.  
 62. Nero infinita luxuria & lasciuia ignauiaq; bacchatur.  
 63. Iacobus Frater Domini à Iudæis lapidatur.  
 64. Marcus Euangelista apud Alexandriam passus est.  
 65. Neronianæ thermæ à Nerone ædificantur.  
 66. Nero ut similitudinem Troiæ ardentis videret, ma-  
 gnam partem vrbs incendit.  
 67. Nero magistrum suum Senecam interfecit.  
 68. Vespasianus aduersus Iudæos rebellantes à Nerone  
 mittitur.  
 69. Petrus & Paulus à Nerone propter Simonem magum  
 trucidantur, & pestilentia Romæ facta est. Neroq; seipsum  
 interfecit. Linus primus à beato Petro sedit ann. 12. Antio-  
 chiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius.  
 70. Galba menses 7. Otho menses 3. Vittellius menses 8.  
 Vespasianus in Iudæa pugnās Imperator ab exercitu consti- *Vespasianus*  
 tuitur, vir militari virtute præcipuus. *ann. 9. mens.*  
*11. dies 22.*  
 71. Titus Iudæos inenarrabili fame cruciatos obsedit.



72. Ierusalem à Tito expugnata destruitur anno à passione Domini 40. a prima vero conditione templi sub Salomone 1089.

73.

74.

75. Hoc tempore Iosephus historiographus clarus habetur.

76.

77. Colossus erectus est habens altitudinis pedes 107.

78.

79. Pestilentia Romæ facta est, & terræ motus 3. ciuitas Cypri subuertit.

80. Vespasianus profluuium ventris in villa circa Sabina obiit.

*Titus ann. 2.  
mens. 2.*

81. Titus vir erat omnium virtutum genere mirabilis, ut ut delitiæ & amor humani generis diceretur. Hic amphitheatrum Romæ construxit, in cuius dedicatione 5000. ferarum occidit.

82. Cletus Papa secundus anno. 12. Titus in eadem villa qua & pater obiit anno ætatis 42.

*Domitianus  
frater Titus añ.  
15. mens. 5.*

83. Domitianus infectus omnibus sceleribus secundo persequitur Christianos. Idem etiam eunuchos fieri prohibuit.

84. Decreto Senatus Titus inter Deos refertur.

85. Tres virgines Vestæ ob stuprum damnantur.

86. Anianus primus post Marcum Euangelistam Episcopus Alexandriæ, post annos 22. obiit: pro quo Abilius scilicet annis. 13.

87.

88. Domitianus se Deum & dominum appellari iussit.

89.

90. Quintilianus rhetor Romæ clarus habetur.

91. His temporibus hæresis Menandri magi, & Hebionitarum, & Cherinthiorum & Nicolaitarum exoritur.
92. Romani plurima mala à Cæsare & ab hostibus pertulerunt.
93. Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.
94. Clemens Papa tertius sedit annis 9. Cornelia virgo Vestalis ob stuprum viua defossa est.
95. Domitianus multos nobilium occidit.
96. Hoc tempore Ioannes Apostolus in Pathmos insulam à Domitiano in exilium missus Apocalypsin scripsit.
97. Domitianus Flauiam Domitillam cum multis alijs in exilium pro fide Christi relegauit.
98. Domitianus cum multa mala egisset, à suis crudeliter interfectus est anno ætatis suæ 35.
99. Nerua primo edicto suo omnes exules reuocauit. *Nerua ann. 1. mens. 4. dies 8.*  
 Sanctus Ioannes Apostolus ab exilio rediens Euangelium scripsit. Nerua confectus morbo obiit, pro quo Traianus regnauit.
100. Traianus genere Hispanus vir Reip. utilis, sed errore *Traianus an. 19. mens. 6. dies 15.*  
 deceptus tertius persequitur Christianos. Alexandria Cerdon III. Episcopus sedit ann. 12. Ioannes Apostolus apud Ephesum dormiuit in pace, anno à passione Domini. 68.
- 101.
- 102.
103. Euarestus Papa IV. sedit annis. 8. Traianus de Dacis & Scythis triumphat.
104. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.
- 105.
106. Aurea domus Neronis incendio conflagrauit.
107. Terræmotu multæ vrbes subuersæ sunt.
108. Alexandria Ecclesiæ IV. Episcopus ordinatur, nomine Primus.

109. Simon filius Cleophæ, qui in Ierosolymis Episcopus tenebat, crucifigitur anno ætatis 120. Pro quo Iulius tertius.
110. Ignatius Antiochiæ Episcopus Romam perducitur bestiis traditur: Pro quo constituitur Episcopus Oron.
111. Alexander Papa quintus sedit annis 10.
112. Pantheum Romæ fulmine concrematum.
113. Post Iustum Ierosolymæ Episcopum Zachæus constituitur quartus.
114. Terræ motus pænè totam Antiochiam subruit.
115. Traianus Assyriam, Armeniam, & Mesopotamiam prouincias facit.
- 116.
117. Iudæi commoti magnas cædes hominum faciunt, in Alexandria victi ab omnibus ubiq; trucidantur.
118. Traianus apud Seuleuciam profluvio ventris mortuus anno ætatis 64.
119. Hic per Quadratum discipulum Apostolorum & Aristidem virum sapientem libris apologeticis edoctus, multis efficitur Christianis.
- Adrianus  
ann. 21.
- Adrianus Alexandriam publicis restauravit expensis.
120. Adrianus iterum Iudæos proffigat.
121. Xistus Papa VI. sedit annis 12. Adrianus plurimum tributa relaxat.
122. Adrianus bellum cõtra Sauromatas gessit, Terra motus factus est.
123. Adrianus in Lybiam, quæ à Iudæis vastata fuerat, colonias deducit.
124. Iustinus Episcopus Alexandrinus sedit annis 11. Adrianus legem dedit Atheniensibus.
125. Ierosolymis post Philippum Seneca decimus constituitur.

126. Hoc tempore Aquila interpres habetur.  
 127. Adrianus Apologeticis nostrorum acceptis literas pro Christianis misit.  
 128.  
 129. His temporibus Saturninus & Basilides & Carpocrates hæresin condiderunt.  
 130. Adrianus Pater patriæ primus appellatur.  
 131. Antiochiæ ordinatur Cornelius Episcopus, Nicopolis & Cæsarea terræ motu corruerunt.  
 132.  
 133. Telesphorus Papa VII. sedit ann. 7.  
 134. Iudæi in arma versi Palæstinam depopulantur.  
 135. Alexandria Eumenes Episcopus sedit ann. 13.  
 136. Iudæi iterum commoti magnis vbiq; cædibus encantur.  
 137. Ierusalem ab Helio Adriano reparata est, & ex eius nomine Helia nuncupata, & Iudæis ne introirent, interdicta.  
 138. Primus ex gentibus Ierosolymis Episcopus Marcus ordinatur, cum iam 15. de Iudaica gente obiissent.  
 139. Adrianus morbo intercutis aquæ moritur, maior sexagenario.  
 140. Antoninus cognomēto Pius per Apologeticum Iuliani Christiani philosophi, & postea Martyris edoctus clemens efficitur nostris. Iginus Papa IIX. sedit annis. 4.  
 141. Antoninus pater patriæ appellatur.  
 142. Valentinus & Cerdo, & post hos Marcus & Marcion Ecclesiam hæresi impugnant.  
 143. Iustinus philosophus pro Christianis Apologeticon Antonino scripsit.  
 144. Pius Papa nonus sedit annis 15.  
 145. Antiochiæ constituitur Episcopus Heros.  
 146.  
 147.

*Antoninus  
ann. 22. mens-  
ses. 3.*

148. Alexandriae Marcus VII. Episcopus sedit annis 10.  
 149. Valentinus Hæreticus agnoscitur.  
 150.  
 151.  
 152. Apollonius & Basilides Philosophi illustres habentur.  
 153.  
 154.  
 155.  
 156. Crescens Cynicus philosophus Iustino nostro persecutionem commouit, in qua ille gloriosè sanguinem fudit.  
 157. Alexandriae Celadion Episcopus sedit annis 14.  
 158. Anicetus Papa X. sedit annis 13.  
 159. Ierosolymis post Marcum factus est Episcopus Callistus XVII.  
 160. Antoninus Pius apud Lorum obiit anno ætatis 77.  
 161. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo, æquo iure administrauerunt imperium.  
 162. Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis ab oriente occidentem in cælo ferri visus est.  
 163. Fronto orator insignis habetur.  
 164. Cæsares de Parthis triumphant.  
 165. Quarta persecutio orta apud Asiam Polycarpum plurimis & in Gallia multos Sanctorum coronauit.  
 166.  
 167. Lues maxima multas vastauit Prouincias & exterrum Romæ pænè deleuit.  
 168. Sother Papa XI. sedit annis 8.  
 169. Antiochiæ Theophilus Episcopus ordinatur uispiens.  
 170. Lucius Cæsar apoplexia extinctus est, Alexandriae Agrippinus Episcopus sedit annis 12.  
 171. His temporibus Egesippus, Dionysius Corinthi Episcopus

*Marcus & Lucius ann. 19. mens. 1.*

Episcopus, & Pinitus Cretæ Episcopus clari habentur.

172.

173. Catafrigarum hæresis oritur.

174. Hoc tempore Traianus hæresin Encratitarum condidit.

175. Maxima per totum orbem pestilentia fuit.

176. Antoninus multa bella per se & Duces suos faciebat. Eleutherius XII. Papa sedit annis 15.

177. Antoninus Commodum filium suum consortem regni fecit. Lucius Britannia Rex ab Eleuthero Papa Christianus efficitur.

178. Imperatores dona largiti sunt, debita relaxant, & severiores leges temperant.

179. Antoninus in Pannonia morbo perijt & Commodus a senatu Augustus appellatur. *Commodus XV. ann. 13.*

180. Commodus post mortem patris Germanos vicit. Hic obscæus & prauus fuit.

181. Alexandria templum Serapis incensum. Iulianus X. Alexandria Episcopus sedit annis. 10.

182. Hyreneus Lugdunensis Episcopus insignis habetur. Panthenus & Clemens Alexandria clari habentur.

183. Commodiana thermæ Romæ factæ sunt.

184. Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.

185. Ierosolymis XXVI. ordinatur Maximus Episcopus. Origenes apud Alexandriam nascitur.

186. Montanus quidam hæresin Catafrigarum condidit.

187.

188. Capitolium Romæ & bibliotheca fulmine cremantur.

189. Alexandria Episcopus Demetrius sedit annis 43.

Commodus colossi capite sublato suæ imaginis caput iussit imponi

190. Commodus multos nobiliū interfecit. Serapio IX. Antiochia Episcopus ordinatur.
191. Quæstio de Pascha oritur & in Dominica die celebrari iubetur.
192. Commodus cunctis in Commodus in domo vestiti frangulatur.
193. Pertinax maior septuagenario ex senatusconsulto iussus est imperare. Victor XIII. Papa sedit an. 10.
194. Pertinacem occidit in palatio Iulianus iuris peritus & regnavit pro eo 7. menses.
195. Seuerus genere Afer Iulianum apud Milvium potenter interfecit. Et in honorem Pertinacis, quem idem Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari fecit.
196. Hoc tempore Narcissus Ierosolymorum Episcopus &
197. Theophilus Casariensis, Polycarpus quoque & Bacchilus & alij insignes Episcopi habentur.
198. Iudaicum & Samaricum motum est.
199. Seuerus Parthos & Adiabenos Arabesq; superavit.
- 200.
201. Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam factæ sunt.
202. Zepherinus Papa XIV. sedit annis 18.
203. Seuerus quinta persecutione plurimos Sanctos conuenit; inter quos pater Origenis, Leonides, cum multis alijs martyrizatur.
205. Perpetua & Felicitas hac persecutione bestijs deputantur apud Carthaginem.
206. Symmachus & Theodocion interpretes habentur his temporibus.
207. Seuerus vallum apud Britannos per 132. millia passuum à mari ad mare fecit.
208. Tertullianus Afer clarissimus habetur.
209. Origenes Alexandriae studijs eruditur.
210. Seuerus in Britannia moritur.

cl. leg. Vestitiani.

Pertinax 16. mens. 7.

Seuerus VII. mens. 17.

211. Antiochiæ Asclepiades Episcopus ordinatur.  
 212. Alexander Ierosolymorum Episcopus ordinatur, vi-  
 uente Narcisso, Deo per visum iubente.  
 213. Antoninus Caracalla propter genus vestis, quod Ro-  
 mæ erogabat, cognominatur.  
 214. Antoniana thermæ dictæ sunt Caracallæ ex nomi-  
 ne Antonii.  
 215. Antoninus Romæ thermas sui nominis ædificauit.  
 216. Antoninus impatientia libidinis noueram suam Iu-  
 liam duxit vxorem.  
 217. Antoninus interficitur anno vitæ 43.  
 218. Romæ amphitheatrum incenditur. Antiochiæ Epif-  
 copus constituitur Philetus X.  
 Marcrinus cum filio Diadumeno occidit in Archelaide.  
 219. Aurelius Antoninus adeo impudicè in imperio vixit,  
 ut nullum genus obscenitatis omiserit, Callistus Papa XV.  
 sedit annis 5.  
 220. Hippolytus Episcopus clarus habetur.  
 221. In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocaba-  
 tur, condita est.  
 222. Aurelius tumultu militari Romæ occiditur.  
 223. Alexander Xerxem Persarum Regem vicit.  
 224. Hic militaris disciplinæ Seuerus corrector fuit.  
 225. Urbanus Papa XVI. sedit annos 9. Hic multos nobi-  
 les ad fidem Catholicam conuertit.  
 226. Vlpianus iuriconsultus insignis habebatur.  
 227. Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificantur.  
 228. Geminus presbyter Antiochenus & Hippolytus &  
 Beryllus Episcopus & Bostrenus clari scriptores habentur.  
 229. Antiochiæ ordinatur Episcopus Zebennus XI.  
 Alexandria Heradas Episcopus ann. 16.  
 230. Mammea mater Alexandri Originem celeberrim-  
 um doctorem ad se vocatum audiuit.

*Antoninus  
XII. an. 7.*

*Macrinus an. 1  
Aurelius An.  
toninus an. 4.*

*Alexander  
XXI. 13.*



231. Alexander in matrem Mammeam vnice pius fuit & omnibus ob id amabilis.

232. Origenes de Alexandria ad Cæsare Palæstinæ tranſiit.

233. Pontianus Papa XVII. ſedit annos 5.

234. Alexander Romæ fauorabilis fuit.

235. Alexander tumultu militari Mogontiaci occiditur.

*Maximinus* 236. Maximinus Christianos & maximè Rectores Eccleſiæ ſextus poſt Neronem perſequitur.

237. Maximinus aduerſus Germanos bellum feliciter geſſit.

238. Maximinus Aquilegiæ à Pupieno occiditur.

*Gordianus* 239. Antherus Papa XIX. ſedit ..... menſ. 1. poſt quem Fabianus XIX. ann. 13.

240. Pupienus & Albinus, qui imperium arripuerant, à palatio à Gordiano occiſi ſunt.

241. Hoc tempore Iulius Africanus chronographus clarus habetur.

242. His temporibus Origenes Theodorum & Athenodorum fratres, poſtea Episcopos nobiles diuina imbutus Philoſophia.

243. Gordianus cum victor à Parthis reuerteretur, longe à Romano ſolo interficitur.

244. Milites Gordiano tumultum ædificant, & oſſa eius Romam reportant.

*Philippus* 245. Philippus primus omnium Imperatorum Christianus fuit. Hic filium ſuum Philippum conſortem regni fecit.

246. Regnantibus Philippis milleſimus annus Romæ urbis expletus eſt.

247. Milleſimus annus à Christiano Imperatore variis ludis celebratus eſt.

248. Theatrum Pompeij Romæ incenſum.

Philip

249. Philippus nominis sui in Thracia construxit....

His temporibus Origenes multa scripsit.

250. Alexandria Dionysius XIII. Ep̄s sedit annis 17.

251. Philippus senior Veronæ, Romæ verò iunior occiditur.

252. Decius cum Philippo patrem & filium interfecisset, ob eorum odium in Christianos persecutionem mouet.

*Decius 25. anno 1. mens. 3.*

Antonius in Ægypto nascitur. Decius cum filio occiditur. Fabianus martyrizatur: pro quo Cornelius Papa sedit ann. 2. qui etiam ipse martyrio coronatur.

*Gallus cum Volusiano anno 2. mens. 3.*

253. Origenes anno ætatis 70. moritur. Nouacius presbyter hæreseos auctor interficitur. Maxima pestilentia facta est.

254. Lucius Papa XXI. mens. 8. post quem Stephanus ann. 2. Gallus cum filio interficitur.

*Valerianus & Gallienus annis 15.*

255. Valerianus octauus persecutionem in Christianos exercuit.

256.  
257. Cyprianus doctor eximius Carthaginensis Episcopus martyrio coronatur.

258. Valerianus à Sapore Persarum Rege capitur. Xistus Papa sedit ann. 6.

259. Valeriano in Persas ducto, & oculis priuato Galienus pacem reddidit nostris.

260.  
261. Galienus in omnem lasciuam dissoluitur.

262. Germani Italiam, Alamanni Gallias & Italiam populantur.

263. Macedonia, Græcia, Pontus, Asia & aliæ prouinciæ depopulantur per Gothos.

264.  
265. Dionysius Papa sedit an: 9.

Kkk 3

266. Hoc

266. Hoc tempore Theodorus, qui etiã Gregorius Neocæsareæ Episcopus, virtutibus claruit.

267. Hierosolymis Hymeneus Episcopus ordinatur.

268.

269. Galienus Mediolani occiditur.

*Claudius ann. 1.  
mens. 9.*

270. Claudius Gothos iam per annos 15, Illyricum Macedonicumq; vastantes superat.

Paulus Samosatenus Antiochiæ Episcopus hæreticus esse conuincitur.

Claudius Sirmio moritur: pro quo frater eius Quintus regnavit dies 17. & Aquileiæ occiditur.

*Aurelianus  
ann. 5. mens. 6.*

271. Aurelianus primo utilis & clemens Christianis, postea persecutor fuit.

272. Zenobia regina orientis vincitur. Eusebius Laodicensis Episcopus insignis habetur.

273. Aurelianus Romæ triumphantem Tetricus & Zenobia captivi præcessere.

274. Imperator Soli templum ædificat & nonus Christianos persequitur.

*Tacitus  
mens. 6.*

275. Aurelianus diuino fulmine territus, interficitur a militibus: pro quo regnavit Tacitus mensibus 6. quos apud Pontum occiso Florianus regnavit diebus 88, & occiditur.

*Probus ann. 6.  
mens. 4.*

276. Felix Papa XXV. sedit an. 5.

277. Probus Gallias à Barbaris occupatas ingenti virtute restituit.

278. Anatolius Laodiceæ Episcopus clarus habetur.

279. Manes quidam genere Persa insanam Manichæorum hæresin condit.

280. Antiochiæ Episcopus XIIIX. constituitur Quirillus.

281. Eutycianus Papa sedit menses 8. cui successit Gaius Papa, sedit annos 16.

282. Probus

282. Probus apud Sirmium tumultu militari occiditur. *Carus cum filiis Carino & Numeriano ann. 21*
283. Carus victor de Parthis super Tigridem, fulmine ictus interijt.
284. Numerianus insidijs Apri focerisui occisus est.  
Carinus apud Margum à Diocletiano prælio victus interficitur.  
Huc vsq; ab Incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni 284.
285. Ab hoc anno Græci Paschales circulos inchoabant.
286. Diocletianus Herculianum Maximianum in consortium regni assumit. *Diocletianus ann. 20.*
287. Maximianus in Gallia Amandum cum rusticis vicit.
288. Hoc tempore Carausius Britanniam, Narseus Rex Persarum Orientem, Achilleus Ægyptum, Quinquegentiani Africam infestauerunt. Ob quæ Constantinus, Galerius, & Maximianus in regnum assumuntur.
- 289.
290. Diocletianus Constantium Constantini patrem Cæsarem fecit, qui regnavit annos 16.
291. Imperator Galerium Maximianum Cæsarem fecit.
292. Hoc tempore Phierius presbyter & Achilles & Melitus Alexandriae claruerunt.
293. His temporibus diuersis & multis prælijs hostes diuersi vincuntur.
- 294.
295. Diocletianus se vt Deum adorari iussit.
296. Gaio per Martyrium coronato Marcellinus XXIIII. successit.
297. Diocletianus victo Achilleo Alexandriam Ægyptumque recepit.
298. Idem plurimos per totam Ægyptum proseriptionibus & exilijs damnauit.

299. Constantius 6000. Alamannorum iuxta Lingonam occidit.
300. Galerius Maximianus à Narseo victus, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit.
301. Maximianus Narseum superavit & vxorem eius & liberos captiuauit.
302. Maximianus & Diocletianus insigni pompa de hostibustriumphant.
303. Diocletianus & Maximianus Ecclesias subuertunt & brosd diuinos incendunt & Christianos cruciant.
304. Diocletianos Nicomediz & Maximianus Mediolani purpuras & regna deponunt. Eusebius Papa sedit menses 8. post quem Miltiades annos 4.
305. Maximinus & Seuerus Cæsares facti sunt. Constantinus Augustus obiit: Post quē filius eius Constantinus regnauit.
- Constantinus Constantij ex concubina Helena filius primus Imperator excepto Philippo Christianus fuit. ab hoc Christiani Imperatores esse cœperunt.
306. Maxentius Maximiani Herculiani filius Augustus appellatur.
307. Maximianus apud Massiliam turpiter interficitur.
308. Occiso Seuero Licinius Cæsar efficitur. Galerius Maximianus moritur.
309. Syluester Papa sedit annos 25. Maximinus Christianos persequitur: & apud Tharsum moritur.
- 310.
311. Maxentius iuxta Miluium pontem à Constantino peratus occiditur.
312. Persecutio post 10. annos finita est.
- 313.
314. Diocletianus in prædio suo moritur & solus omnium priuatus inter Deos refertur.

Constantinus  
ann. 30. mens.  
10.

315. Plurimi persecutorum & magorum trucidantur.
- 316.
- 317.
318. Licinius Christianos de palatio suo pellit, & eos persequitur.
319. Hoc tempore Arrius Alexandriae presbyter nefandam Arrianorum hæresin condit.
320. Alexandriae ordinatur Episcopus Alexander.
321. Arrius presbyter ab Ecclesia à suo Episcopo Alexandro eiectus multos suæ impietati sociat.
322. Concilium in Nicæa congregatur 318, Episcoporum sub Syluestro Papa.
323. Constantius filius Constantini Cæsar efficitur. Licinius occiditur.
324. Hoc tempore Crux Dominica ab Helena matre Constantini Ierosolymis reperitur.  
Sub Machario eiusdem vrbs Episcopo Nazarius rhetor insignis habetur.
325. Vicennalia Constantini Romæ Nicomediae acta, & sequenti anno Romæ edita.
326. Hucusque historiam scribit Eusebius. Hinc Hieronymus.
327. Constantinus Drepanam Bithyniæ ciuitatem inaurans in honorem suæ matris Helenopolim appellauit.
328. Arriani Episcopi Ecclesiam obtinuerunt, quorum tempora non digeruntur, qui hostes Christi iudicantur.
329. Iuuenus presbyter claruit. Porphyrius hæreticus à Constantino de exilio liberatur.
330. Alexandriae ordinatur Episcopus Athanasius. Dedicatur Constantinopolis.
331. Edicto Constantini Gentilium templa subuersa sunt.
332. His temporibus Eusebius Cæsariensis Episcopus & alij multidoctores claruerunt.

333. Antonius Monachus clarus habetur.
334. Constantinus cum liberis suis honorificas ad An-  
nium litteras mittit.
335. Tricennialibus Constantini Dalmatius Cæsar appo-  
latur.
336. Constantinus dum bellum parat in Persas, apud Ne-  
comediam obiit anno ætatis 66.
337. Dalmatius Cæsar factione Constantij patruelis & de-  
multu militari interficitur.
338. Constantius Arriana hæresi per Arrianum presby-  
terum & Eusebium Nicomediensem pollutus, Athanasium  
Episcopum & omnes non suæ partis Episcopos persecutus.
339. Constantinus fratri Constantio bellum inferens in  
ta Aquileiam occiditur.
340. Terræ motus multas vrbes subuertit.
341. Francià Constante perdomiti in pacem receptam.
342. Constantinopoli eiecto ab Arrianis Paulo Episcopo  
Macedonius hæresiarches substituitur.
343. Hoc tempore Maximinus Treuitorum Episcopus  
claruit; à quo Athanasius à Constantio profugus suscipitur.
344. Athanasius ad Constantis litteras Alexandriam re-  
greditur.
345. Eclipsis solis facta est: & terræ motus multas vrbes  
subuertit.
346. Tribus diebus ac noctibus Roma natauit: & Cam-  
paniæ vrbes vexatæ.
347. Bellum contra Persas geritur graui Romanorum  
damno.
348. Romæ ordinatur Liberius: quo ab Arrianis expulsus  
Felix in eius locum substituitur.
349. Constans interficitur anno ætatis 30. Magnentius  
& alij multi conturbant P. R.

35. Constanti-  
nus, Constan-  
tius & Con-  
stans ann. 24.  
men. 5 dies 13.

350. His temporibus ossa Timothei & S. Andreae Apostolorum & Lucae Euangelistae Constantinopolim inuecta sunt.

351. Gallus Constantij patruelis Caesar factus, Magnentius seipsum occidit.

352. Antonius Monachus 105. ætatis suæ anno in eremo moritur. Et multi alij eremitæ claruerunt.

353. Gallus Caesar occiditur. Victorinus Rhetor & Donatus Grammaticus insignes habentur.

354. Iulianus Caesar efficitur à Constantio. Eusebius Vercellinus & Dionysius Mediolanensis cum alijs exulantur.

355. Magnæ Alamannorum copię apud Argentarium deletæ sunt à Iuliano Cæsare.

356. Iulianus Rheno Germanos vicit. Hilarius Pictaviensis & Athanasius Alexandrinus ab Arrianis multa mala passi sunt.

357. Apud Ariminum Synodus Arrianorum contra fidem facta est. Paulinus Treuirensis Episcopus in exilio moritur.

358. Iulianus Augusti nomen vsurpat. Constantius in Parthos bellum parat.

359. Constantius Parthico bello dimisso contra Iulianum arma sumit.

360. Constantius moritur anno ætatis 45.

361. Iulianus ex Christiano lectore paganus factus, persequitur Christianos. Athanasius, Eusebius, & Lucifer de exilio reuertuntur. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Iohannis Baptistæ inuadunt.

362. Iulianus ad bellum Parthicum profectus, & Christianorum sanguinem Dijs suis vouens, Dei iudicio à quodam holte occisus interijt anno ætatis 32. post quem Iouianus Imperator factus cum omni exercitu ad Christianitatem redit. Antiochiæ synodus hæresiaca collecta est.

36. Iulianus  
an. x. menses 2

L II 2      363. Iouia-



37. Iouianus  
mens. 8.

363. Iouianus in noua domo recubans, suffocatus odore prunarum & calcis moritur: pro quo Valentinianus regnavit qui ob fidem Christi tribunatu militum à Iuliano priuatus est.

Valentinianus  
ann. 11.

364. Valentinianus Valenti fratri suo orientis imperium dedit.

365. Romæ Damasus Papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arrianorum Episcopo baptizatus Christianos persequitur.

366. Gratianus filius Valentiniani imperator efficitur. Verulana pluuia mixta de nubibus fluxit.

367. Athanaricus Rex Gothorum, Christianos persequitur. Hilarius Episcopus Pictauię moritur. Nicęa terrę motu corruit.

368. Eusebius Vercellinus moritur. Hoc tempore Arrianis Episcopus hæresin condit.

369. Magna fames in Phrygia.

370. His diebus post Auxentij Arriani mortem Ambrosius Episcopus Mediolanensis ordinatur.

371. Didymus Alexandria cæcus claruit. Valentinianus Saxones cæde perdomuit.

372. Eunomius agnoscitur. à quo hæresis Eunomiana.

373. Burgundiones iuxta Rhenum confederunt. Hoc tempore docente Ambrosio, Italia ad Christi fidem conuertitur.

374. Valentinianus subita sanguinis eruptione moritur: pro quo Gratianus filius cum patruo.

375. Gratianus 30. millia Alamannorum deleuit.

Valens cum  
Gratiano &  
Valentiniano  
an. 4.

376. Valens legem dedit, vt monachi militarent: nolentibus iussit interfici.

377. Gothi datis à Valente Arrianis doctoribus Arrianis efficiuntur.

378. Valens

378. Valens Arrianus imperator post multa mala sua in Thracia trucidato à Gothis Romano exertu, ipse sagitta lauciatus, fugiens, & in vilem casam, cum saepe equo laberetur, deductus; insequentibusq; hostibus, viuis in ipsa casa incensus sepultura caruit. Post quem Gratianus tertius fratris eius filius cum fratre suo Valentiniano regnavit annos 6.

Hucusque Chronicam Eusebij Hieronymus perduxit. Hinc Herimannus.

379. Gratianus Imperator ob perturbatum imperij statum, genere Hispanum armis, fide & religione præcipuum orienti Imperatorem præfecit: Qui 17. annis regnans Gothos, Hunnos, Alanos, & alias gentes plures coërcuit deq; Tyrannis Romanorum saepe imperium vindicavit. Priscillianus de Gallijs Episcopus hoc tempore sui nominis hæresin condidit.

*Theodosium intelligit*

380. Ab hoc anno Theophilus Alexandrinus Episcopus Paschales ciclos inchoat.

Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus multa hoc tempore sublimiter scripsit.

381. Synodus secunda Vniuersalis 150. Episcoporum Constantinopoli agitur, contra Macedonium Hæresiarcham ipsius vrbis Episcopum sub Theodosio Augusto & Damaso Papa.

382. Athanaricus Rex Gothorum persecutorq; Christianorum Constantinopoli receptus à Theodosio moritur.

383. Arcadius filius Theodosij Augusti à patre in consortium regni assumptus regnavit annis 26.

384. Theodosio Augusto filius Honorius nascitur. Roma post Damasum Papam Siricius, qui in chronicis Prosperi Vrsini dicitur, Papa quadragesimus sedit annis 14.

385. Maximus in Britannia à militibus Imperator creatus



ad Gallias transfretans, Gratianum Augustum à suis prodi-  
tum bello victum fugauit, & Lugduni captum occidit, Va-  
lentinianumq; Augustum fratrem eius de Italia ad Theo-  
dosium morientem pepulit, Victoremq; filium suum Impe-  
rij consortem fecit.

386.

387.

388. Maximus tyrannus à Theodosio & Valentiniano  
Augustis victus & captus iuxta Aquileiam purpura priuatus,  
capite plectitur, & Victor filius eius ab Arbogaste magistro  
militum in Galliis peremptus est. & Valentinianus Impe-  
rio restitutus.

389. Ithacius & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani,  
quem accusauerant, Ecclesiae communionem priuantur.

390.

391.

392. Valentinianus Augustus nimia, vt aiunt, Arbogastis  
austeritate, vitae pertusus, apud Viennam laqueo vitam  
mittit. A quo Arbogastes insimulatus, Eugenium in Gallia Im-  
peratorē creat. Hieronymus librum, quem de viris illustri-  
bus Ecclesiae scripsit, hucusq; perduxit.

393. Theodosius Imperator cum filijs Arcadio & Hono-  
rio 3. annos regnauit.

394. Ioannes Anachoreta, cuius vitam Hieronymus edo-  
dit, Theodosium Imperatorem, contra Eugenium tyran-  
num victorem fore praedixit.

395. Theodosius Imperator diuinitus adiutus Eugenium  
pugna victum peremit: & ipse eodem anno Mediolani vi-  
decessit, & apud sanctum Laurentium sepultus est: pro quo  
filius eius Arcadius cum fratre Honorio annos 13. regna-  
uit. Augustinus Ecclesiae propugnator facundissimus à Ma-  
ximo veterano Episcopo Hippone regionis Africae, adhae-  
viuenti

viuente, ipsius vrbis Episcopus quamuis inuitus ordinatur. Claudianus Poëta clarus habetur. Ioannes Eremita migravit ad Dominum.

Huc vsq; Ruffinus Ecclesiasticam historiam Eusebij Cæsariensis Episcopi à se translata perduxit.

396. Gildo Comes Africæ tyrannidem inibi inuasit, eam sibi vsurpare præsumens.

397. Concilio Carthagini habito Hipponense concilium roboratur.

Sanctus Martinus Turonorum Episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum anno ætatis 87. Episcopatus verò 26. cuius virtutes & vitam Sulpitius Seuerus egregio edidit stilo.

398. Sanctus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus doctor Ecclesiæ mirificus ad Dominum migravit. Romæ Anastasius Papa 41. sedit annos 4. In Africa Gildo Comes Africæ Mascezele Domino iuuante, pugna victus interiit.

399. Templâ idolorum iussu Imperatorum in diuersis partibus orbis destruuntur, & ludi gladiatorum tolluntur. Eutropius eunuchus qui hoc anno cum Theodoro consularum inuaserat honore & vita priuatus interiit.

400. Gothi Alarico & Radagasio Regib. Italiâ ingredientibus deuastant. Hoc tēpore Anastasius Papa sua & Italiæ decreta constituit, inuētos in vrbe Manichæos dānauit; & Basilicam, quæ Crescentiana dicitur, via Mamurtina cōstruxit.

401. Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Episcopi clarissimi habentur; sed ad eò inter se discordes, vt molimine Theophili Ioannes in Pontum exilio relegatus sit.

402. Pollentiæ Romani, Stilicone Duce, contra Gothos, graui vtrorumque clade pugnantes, tandem victi terga vertunt.

Romæ Innocentius Papa 42. sedit annos 14.

403. Car-

403. Carthagini concilium contra Donatistas habitum.
404. His temporibus Innocentius Papa plurima in Ecclesia constituit decreta & Ecclesiam Sanctorum Prothasii & Geruasij martyrum Romę constructam dedicauit, & Tulum in vrbe constituit.
405. Romanis Duce Stilicone in Tuscia pugnantibus, Radagaisus cum ducentis millibus Gothorum facili victori, Deo donante, victus & captus est.
406. Vandali, Sueui, & Alani traiccto Rheno 3. Kalendas Ianuarij Gallias hostiliter ingressi.
407. Constantinus in Britannia tyrannide inuasa ad Gallias transit.
408. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur, relicto pro se filio Theodosio: Cum quo demum huius Patris Honorius annis 15. regnauit. Stilico Dux fortis cum filio Eucherio ab Honorio Augusto occiditur.
409. Vandali Albani in die octaua Hispanias occupant. Attalus Imperator Romę per tyrannidem factus, & impulsus Gothis cohæsit.
410. Alaricus Rex Gothorum Romam obsedit, multas cades ibi & prædas faciens, locis tantum sacris, & ad ea profugis, quia Christianus erat, pepercit. Anno ab vrbe constructa 1164. Placidia soror Honorij Augusti à Gothis in vrbe inter alios capta. Gothorum pars Venetiam captam possedit, & postea Ostrogothi vocati, & cum Romanis confederati sunt.
- Arelatum* 411. Constantinus Tyrannus apud Relatum victus ab Honorio captus est, filiusq; eius Constans in Hispania à Germanio Comite peremptus; & Maximus ab eo in regnum lectus est. Constantinus ab Honorio Dux constitutus est. Alarico Gothorum Rege mortuo, Ataulfus successit: qui Placidiam captiuam uxorem accepit, Pestilentia, fames, bellum & gladius

& gladius barbaricus miserum late vastant & comprimunt orbem.

412. Maximo in Hispania regno ablato vita concessa est. Gothorum pars maxima Rege Ataulfo Gallias ingressa. Heros sancti Martini discipulus Arelatenfis Episcopus sanctus, innocens sede sua pulsus est; & pro eo Patroclus ordinatus. Vandali & Sueui Galleciam, Alani Lusitaniam & Carthaginensem prouincias, Silingi Bœticas fortiuntur.

413. Herodianus huius anni cum Lucio consul, nouarum rerum in Africa reus, honore & vita priuatur. Burgundiones partem Galliae Rheno cõtiguam obtinuerunt. \* Louiuis & Sebastianus fratres, Galliae tyranni, Narbonæ ab Honorio perempti sunt. His temporibus Pelagius Brito, adnitentibus Cælestio & Iuliano liberum arbitriũ plus iusto extollentes, & hominem sine gratiæ Dei auxilio, proprio nisu, perfectum fieri posse asserens fidem Christi & Ecclesiæ turbat. Eius hæresin sanctus Augustinus singulariter præcæternis expugnat: & Papa Innocentius cum alijs Hæreticis condemnat.

414. Attalus Gothis auctorib<sup>9</sup> in Gallia tyrannidẽ inuasit.

415. Gothi Hispanias petunt, quorum præsidio Attalus destitutus à Romanis captus est. Ataulfus Rex Gothorum à quodam sociorũ vulneratus interijt, & pro eo Vallia regum nomen inuasit. Hierosolymis corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis, & Nicodemi Luciano presbytero diuinitus reuelata inueniuntur, & innumeris miraculis glorificantur.

416. Vallia Rex Gothorum pacem cupiens, filiam Ataulfi Placidiam fratri Honorio Augusto reddidit. Eius nuptias Dux Constantius promeruit. Romæ Zosimus XLIII. Papa sedit annis 3, qui sua etiam ad Ecclesiæ statum decreta promulgauit.

M m m

417. Hono-

417. Honorius Augustus Romã triumphans ingreditur, Attalo currum eius præcedente, & postea in exilium mittitur. Quæstio & dissensio de huius anni Pascha sub Zosimo Papa Romano. Constantius Fredibaldum Regem VVandalorum sine bello, arte captum Honorio Imperatori misit.
418. Carthagini concilio Eprum 217. collecto, & à Zosimo Papa confirmato, Pelagius aliq; Hæretici damnantur. Eclipsis solis 14. Kalend. Augusti facta, & cometa abhinc vsq; mensem Septembrẽ visa. Pugna inter Gundericum Regem VVandalorum & Ermenricum Sueuorum Regem facta.
419. Honorius Augustus Constantium Ducem in consuetudinem imperij assumit. Romæ Bonifacius Papa XLIV. factus, annis 4. cum quo ab alijs Papa ordinatur Eulalius; Quo Augustus eiecto, Bonifacius in sede firmatur: sua eum decreta constituit, & Ecclesiam sanctæ Felicitatis & sancti Siluani in vrbe construxit. Constantius Imperator cum VVallia Rege Gothorum pacẽ firmat, data ei cum aliquot urbibus ad inhabitandum Aquitania secunda.
420. VVallia Rege Gothorũ mortuo Theodoricus successit. Bethlehem Hieronymus presbyter doctor & interpres incomparabilis scripturarum, anno ætatis 91. obiit. Alani à Gothis adeo cæde domiti, vt regio nomine neglecta, Gunderico VVandalorum Regi se tuendos submitteret.
421. Constantius Imperator Rauennæ moritur, Bellum inter VVandalos & Gothos oritur.
422. Exercitus contra VVandalos, Duce Castino, ad Hispanias Gothis auxilium mittitur, à quo offensus Bonifacius vir bellicosus secedens ad Africam se contulit. VVandalali vero pene ad desperationem coacti, Castino incautum manum conferente victores effecti sunt.
423. Placidia Augusta à fratre Honorio pulsa cū filio Valentiniano ad Theodosium Augustũ in orientẽ proficiscitur.

Rome Cælestino Papa XLV. sedit an. 9. qui plurima in Ec-  
clesia fecit statuta, & Basilicã Iulij in vrbe cõstitutam dedica-  
uit. Honorio Occidentis Imperator Rauennæ moritur, & Ioan-  
nes Tyrannus regnũ eius occupat. Theodosius Imperator O-  
ccidentis post mortẽ Patru sui Honorij regnat annis 26.

444. Theodosiº Valentinianũ amitæ suæ Placidia filium,  
Cæsare faciens, ad regnũ Occidentis cũ matre possidendum  
remitit. Ioanẽs Tyrannus Africa contra Bonifaciũ petijt.

445. Valentinianus cum matre Ioannẽ Rauennæ extin-  
ctum oppressit: regnum Occidentis recepit: Castinum Io-  
anni fauentem exilio damnauit: Aëcio patricio, qui Hun-  
nos reuerti fecerat, veniam dedit.

446. Patroclus Arelatensis Ep̃s à tribuno quodam barba-  
ro innocens trucidatus est Gundericus Rex VVandalorum  
Dei iudicio percussus moritur eiq; Geiserico tyranus, Arria-  
nusq; hereticus & Catholicorũ crudelis persecutor successit.

447. Bonifaciº in Africa pollens duces quosdã cõtra se di-  
micitates occidit, cõtra quẽ euocatis barbaris, mare ad id tẽ-  
pus ignotũ, peruiũ efficitur: vnde gens effera VVadalorũ de  
Hispanijs exclusa à Gothis freto traiecto Africã inuadens;  
gladio, præda, & igne miserabiliter debacchatur: interfecto  
postea Ermegario Rege Sueuorũ, postquam in Hispania 19.  
annis debacchati sunt.

448. Nestorius Ep̃s Constantinopolitanus duas in Christo  
p̃sonas prædicãs, hominẽq; purũ ex Virgine natũ diuinita-  
tẽ postea accepisse affirmãs à Cyrillo Alexandrino Ep̃o & Pa-  
pa Cælestino hereseos arguit. Aëcio Comes Romanº multis  
Frachis cõsis, partẽ Galliarũ quã peruasam tenuerãt recepit.

449. Aëcius magister militum & patricius factus est.  
Agricola Hæreticº Pelagianista Britanias suo inficit er-  
rore, vnde sanctº Germanus Antisiodorẽsis Ep̃s à Cælestino  
Papa illo missus, hæresin expugnauit plurimisq; salutis fuit.



430. Sanctus Augustinus Hipponensis Episcopus, Ecclesia Christi & Catholicae fidei propugnator & defensor inuictissimus, in ciuitate sua à barbaris obsessus, cum inter ipsas obsidionis angustias pro Ecclesia sollicitus, Iulianus Augustijs pro gratia Dei oppugnans respondisset, ipsa Dei gratia, ne ruinam suorum videret, subtractus 5. Calend. Septemb. migravit ad Dominum anno ætatis 76. Episcopus verò seu presbyteratus 40.

431. Tertia Synodus vniuersalis 200. Episcoporum apud Ephesum congregatur sub Cælestino Papa, vbi inter alia hæreses, Nestorius cum secta sua damnatur. Palladius Scotos Christo credentes à Cælestino Papa primus Episcopus mittitur.

432. Romæ Xistus Papa XLVI. sedit annis 8. qui accersitus à Basso quodam, ventilata in synodo causa ab Episcopo 56. purgatus, & Bassus damnatus est. Bonifacius de Africa reuersus & magister militum factus cum Aécio pugnavit & vicit; & post paucos dies morbo absumptus est. Aécius vero inimicos fugiens, Dalmatias Pannoniasq; petijt, & Hunorum auxilio gratiam Principum pristinaq; dignitatem recepit.

433. Burgundiones Aécio pugna victi sunt hoc tempore. Xistus Papa Ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ Liberij dicebatur, & Ecclesiam sancti Laurentij in vrbe construxit. Confessionem sancti Petri itemq; sancti Laurentij adornauit. Valentinianus quoq; Augustus Ecclesijs multa dona dedit. Confessionem sancti Pauli construxit. Petrus etiam Episcopus sanctæ Sabinæ Ecclesiam fecit.

434. VVandali iam nono anno Africam infestantes postulat à Romanis.

435. Pax cum VVandalis facta, data eis ad inhabitandam Africæ portione. Aécius Gundickarium Regem Burgundionum

dionum bello obtinuit, supplicantiq; pacem concessit: quatum non diu potitus à Hunis cum gente sua peremptus est.

436. Gothi pacem turbantes inter alia mala Narbonam obsessam fame premunt: sed Littorius Dux Romanus superueniens & hostes vi repulit & ciuitatem aduecto frumento fame liberauit.

437. Bellum à Romanis contra Gothos Hunis auxiliatoribus, geritur. Geisericus Rex Vandalorum Arianus Catholicos in Africa persequens, quosdam Ecclesijs suis pepulit, quosdam exilio damnauit, quosdam etiam varijs pœnis affectos martyrio coronauit. Barbari piraticam exercere aggressi. Valentinianus Augustus ad Theodosium Augustum auunculi sui filium Constantinopolim veniens, filiam eius accepit vxorem. Ermenricus Rex Sueuorum morbo oppressus Richilam filium pro se Regem constituit.

438. Gothi Richilam Regem Sueuorum pugna victum thesauris spoliauerunt.

439. Iulianus Atelenensis Episcopus Pelagianista iactantissimus Ecclesiæ communioni surrepere tentans, à Xisto Papa denuo damnatur. Romani Hunis auxiliatoribus aduersum Gothos & Regem Theodoricum infausta pugna configunt in Gallia; & Littorius Dux Romanus vulneratur, & post ab eis capitur & occiditur. Quibus tamen non multo post suppliciter petentibus, pax cum eis à Romanis pacta est. Ipso anno Aécio & Romanis contra Gothos intento Geisericus Rex Vandalorum, qui fidus & amicus Romani populi putabatur, dolo sub specie pacis 14. Calend. Nouemb. Carthaginem cepit, ciues & maximè nobiles trucidauit, opes omnes diripuit sacerdotibus cæsis & pulsas Ecclesias in vsus suorum vertit, omniaq; diuina & humana iura confudit, ibiq; 37. anno regnum obtinuit, sub quo plurimi sanctorum martyrio ob fidem Catholicam coronati sunt.

440. Romæ defuncto Xisto Leo vir doctrina insignis & morib<sup>9</sup> Papa XLVII. sedit annos 22. Qui plurima ad utilitatem Ecclesiæ sublimiter scripsit & constituit, Eutychanā & Nestorianā hæresim condemnauit: cuius tempore Demetrius ancilla Christi Romæ S. Stephani Ecclesiam fecit. Geisericus Sicilia peruasam grauiter affligens timore Ducis ad Carthaginem tuendam rediit. Richila Rex Sueuorum Bæthicam prouinciam, & Carthaginem, Hispaniam cepit.
441. Theodosius Imperator cōtra Geisericum & Vandalos per Duces suos bellum mouet, sed ipsi negotium cunctando differētes Sicilia magis oneri quàm præsidio fuerunt.
442. Hunnis Thracias & Illyricum sæua populatione vastantibus, exercitus contra Vandalos missus ad tuitionem Orientaliū reuocatur. Valentinianus Imperator cum Geisericum Rege Vandalorum pacem firmat, Africa interitumq; certis spatiis diuisa.
443. Sanctus Brietius Turonorum Episcopus decessit, cui S. Eustochius successit. Leo Papa multos Manichæos in urbe inueniens publicauit & libros eorum incendit.
444. Attila Rex Hunorum Bledlam Regem fratrem suum regniq; consortem interemit, & eius regnū populūq; sibi subiecit. De huius anni Pascha Proterius & Paschasius Leoni Papæ scribunt.
445. His temporibus Leo Papa inter alia bona Basilicam Apostolorum Petri & Pauli renouauit, & Ecclesiam S. Cornelij Papæ & martyris via Apia construxit.
446. Britanni ab Aëtio & Romanis contra Scotos & Pictos auxilium implorant nec impetrant. Apud Ephesum septem dormientes, qui sub Decio multa pro Christo tormenta passi, in spelunca quadam obdormierunt, post annos 196, expergefati sunt, & cōfirmata fide resurrectionis mortuorum iterum obdormierunt.
447. Euthices presbyter & Abbas Cōstantinopolitanus, confu-

confusa in Christo diuinitatis & humanitatis substantia, vnā  
 in eo naturā dogmatizans, annitente Theodosio & Diosco-  
 ro Alexandrino Episcopo, resistentem sibi Flavianum Con-  
 stantinopolitanū Archiepiscopum expulsū, vsq; ad mortē  
 persequuntur. contra quā hæresin Leo Papa legatos misit.  
 Richila Rex Sueuorū moritur, eiq; Richarius filius successit.  
 448. Theodosius Imperator Leonē Papam p̄ defensione  
 Euthicetis vocat, q̄ à Populo Romano venire p̄hibitus, le-  
 gatos p̄ se misit. Richari<sup>9</sup> Rex Sueuorū ducta in coniugium  
 Theodori Regis Gothorū filia, Vvasconiā deuastauit. Hoc  
 tempore Angli Saxones à Britannis contra Pictos & Scotos  
 auxilio asciti insulam petunt, & hostib. fugatis in socios ar-  
 ma conuertunt; & post multa bella magna ex parte insula  
 subacta potiti sunt.

449. Iterum Catholici ab Imperatore Theodosio ad au-  
 dientiam euocati. Attila Rex Hunorum Gallias aliasq; cir-  
 cum prouincias vastat, & arte Aëtij magno inter eum & Go-  
 thos prælio concitato, Theodorus Rex Gothorum cecidit  
 eiq; Thorismod filius eius successit.

450. Leo Papa legatos ad confutandam hæresin mittere  
 curauit. Theodosius Impator moritur, & à Placidia Augusta  
 & Leone totoq; senatu, ingenti pompa deductus in Mausoleo  
 apud S. Petrū sepelitur. pro quo Martianus Orientis im-  
 perium adeptus & 7. annis regnans Euthicetem cum suis da-  
 mnauit sequentib. Placidia Augusta moritur. Romani Aëtio  
 Duce Gothis auxiliatorib. contra Attilam Regē Hunorum  
 grandi vtrinq; cede pugnātes, in cāpo Catalaunico acie victū  
 in superiore Galliam fugere cōpellunt: Qui in regnum timi-  
 dē reuersus non multo post arma commouit in Italiam.

451. Attila recollectis virib. Aquileiā vi magna diu obsessā  
 cepit, & circūqua; prædis & cædib<sup>9</sup> furibundus bacchatur.  
 Ad quē Valentinianus Imperator Leonē Papā mittens pa-  
 cem cum eo fecit, exercitusq; ei<sup>9</sup> fame, peste, morbo, cædib.  
 insup ab Aëtio attritus eū reuerti fecit, Atti-

452. Attila Rex Hunorum in ædibus suis moritur. Thorisimodo Regi Gothorum perempto, Theodoricus frater successit. Hoc tempore quarta Synodus vniuersalis 630 Episcoporum Calcedone contra Euticem & omnes hereticos congregatur.

453. Valentinianus Imperator in palatio Aëcium patricium, qui multa pro populo Romano laborauerat, manu fraudulenter occidit, & à circumstantibus Boëtius eius amicus interemptus est.

454. Valentinianus Imperator in campo Martio ab amicis Ecij peremptus interiit, pro quo Maximus inuadens imperium infra duos menses à militibus interemptus & in Tyberim proiectus est, post quem Auitus in gallijs auxiliis fidem Gothorum item imperium arripuit. Ipso anno Geisericus Rex Vandalorum de Africa trajiciens, Romam, quæ tunc Imperatore erat, inuasit, eamq; opibus cunctis expoliavit.

Huc vsq; Prosper chronicam suam produxit.

455. Richario Rege Sueuorum in Hispanijs vastationibus instante, consilio Auiti Theodoricus Rex Gothorum eum veniens in ita pugna grauiter cæde prostruit vulneratumq; fugauit, & postea captum occidit; vastataq; impie crudeliter Hispania & ipsa quam possederat prouincia, Sueuos sibi subiugauit. Auitus Gothorū auxilio destitutus in te Martiano Augusto Placentiæ imperiū deposuit. Hoc tempore apud Francos mortuo Meroueo Rege filius eius Hildericus regnauit aënos 24. Qui ob luxuriam regno pulsus in Turingiam fugit; sed astu Viomadi amici reuocatus est.

456. Ab hoc anno Victorius Paschales ciclos inchoat, iubente Papa Hilario. Martiano Imperatore defuncto in Oriente, Leo Imperator annis 17. Romæq; Maiorianus Imperator annis 4. regnauere.

457. Theodoricus Rex Gothorum multis in Hispania

Eccle

Ecclesiis & ciuitatibus vastatis Emeritam obsidet urbem. Sueui Maldram sibi statuunt Regem. Maiorianus Imperator contra Vandalos in Africam mouet procinctum. Theodoricus nunciis territus, relicta Emerita, Gallias repetit, & pace fucata, cæde furens Ecclesias, vrbes, villas vastat & incendit. Sueui Galliciam & Gothi Bæthicam prouincias vastant.

458.

459. Item Sueuorum alij cum Maldra Rege Lusitaniam, alij cum Richmundo Galliciam deprædantur. Veruli Bæthicam inuadunt. Maiorianus Imperator facta cum Theodorico & Gothis pace contra Vandalos & Sueuos suo eos asciuit auxilio.

460. Maldras Rex Sueuorum occiditur. Sueui à Gothis prædati pacem postulant. Maiorianus Imperator Hispanias petens contra Vandalos parauit classem: Quæ tamen ab ipsis inuasa & direpta est. Rursum cum ad Africam contra eos trajcere moliretur, Geisericus territus pacem postulat. Maiorianus Romam reuersus, cum R. P. disponderet, fraude Richimeris Patricij, Sueuorum, vt aiunt, consilio peremptus est.

461. Seuerus Rauennæ à Richimere Imperator effectus, 4. annis regnauit. Atrabenus in Gallia Comes Theodorico Regi Gothorum confederatus, Narbonam ei tradidit. Turonis beatus Perpetuus Episcopus factus est; qui Basilica beati Martini adaucta, corporis eius translationem fecit. In Gallia villæ, homines, & greges mirum in modum fulmine tacti comburuntur: & duo iuuenes concretis in vnum aduisione cadaueribus inueniuntur.

462. Roma Hilarius Papa XLVIII. sedit an. VI. mensibus III. Qui pro statu Ecclesiæ nonnulla decreuit & constituit, hæreses Euthycianam & Nestorianam damnauit, & multis metallis plures in vrbe Basilicas ornauit, oratoriaq;

Nnn con-

construxit, Monasteriū S. Laurentij ad Balneas fecit, item  
aliud ad Lunam: & duas bibliothecas in vrbe condidit.

463. Rex Alanorum Beorgor Italiam petens apud Pergu-  
mum à Richmere patricio pugna victus interijt.

464. Seuerus Imperator fraude, vt aiunt Richmeris, in pa-  
latio veneno interijt. VVandali per Marcellinum in Sicilia  
victi cæsiq; sunt & fugati.

465.

466. Leo Imperator Anthemium de Constantinopoli  
ad regendum Occidentis imperium Romam misit, qui  
suscepto regnavit annos 6.

467. Marcellinus in Sicilia occiditur. Tolosæ vbi sedes  
regni Gothorum erat, in medio ciuitatis sanguis è terra pro-  
rumpens tota die vna fluxit.

468. Arabundus imperium tentans, iussu Anthemij Im-  
peratoris, exilio deportatur. Romæ Simplicio Papa XLIX  
sedit annis 15, mensibus 3. Qui Basilicam S. Stephani in Co-  
elio monte dedicauit. Item Basilicam S. Andreæ iuxta sanctam  
Mariam construxit. Item Basilicam sancti Stephani iuxta  
sanctum Laurentium. Item Basilicam sanctæ Fabianæ iuxta  
palatium Licinianum.

469. Romanus Patritius imperium affectans capitaliter  
punitus est.

470. Constantinopoli Aspar affectata tyrannide à Leone  
Imperatore occidi iussus est. In Gallia sanctus Remigius an-  
tequã nasceretur cælitus prænunciatus est. A cella, in quam  
se adolescentulus, Deo militans ineluserat, vi abstractus  
Remorum Archiepiscopus ordinatur.

471. Romæ Richmer patricius Olybrium faciens Impe-  
ratorem, Anthemium Imperatorē, contra ius affinitatis  
imperij, cum graui clade vrbis occidit. sed non diu scelestus  
letatus ipse 40. post die, & Olybrius 7. mense vitā exegerant.

472. Gundebaldus hortante Glycerius Rauennæ sumptis  
impo-

impetium. Constantinopoli Leo Imperator Leonem nepotem suum imperij confortem fecit.

473. Constantinopoli Leo senior Imperator obiit: post quem Leo iunior paucis mensibus regnans, & ipse decessit, & post hunc Zeno Imperator factus regnavit annis 17. Romæ quoq; Glycerio nepos in imperio successit.

474. Romæ Orestes patricius nepote Impatore in Dalmatias fugato, filiū suum Augustulū Imperatorem constituit.

475. Odoacer Rex Torcilingorū & Rugorum, cum multis barbarorum auxilijs peruasa Italia, Romā obtinuit anno à conditione eius 1230. Orestem & Paulū patricos occidit, Augustulū Imperatorem exilio damnauit, & pro eo Regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura nec regni insignibus uteretur.

476. Odoacer possessa Roma maximam Italiæ partem sibi subiugauit.

477. Geisericus Rex Vandalorum post 37. & paulo plus annosa Carthaginis annos, tandem moriens tyrannidi suæ finem fecit. Post quem non melior filius Hunericus regnavit annos ferè 8.

478. Huius tempore Zenonis Imperatoris, corpus Barnabæ Apostoli, & Euangelium Matthæi Euangelistæ, stilo ipsius scriptum, ipso reuelante, inuentum est.

479. His temporibus Simplicius Papa Petrum Alexandrinum Episcopum hereticum Euticianum ab Acatio Constantinopolitano accusatum damnat.

480. Hoc tempore mortuo Hilderico Rege Francorū, Ludovicus filius eius, quem Clodoueu dicunt, regnavit annis 30.

481. Odoacer Romæ regnans in Dalmatia Odiciam Regem vicit & peremit.

482. Theodoricus Theodmari filius Rex Ostrogothorum, vel qui olim remanserant in Italia Gothorum, Zenoni Augusto familiaris effectus cum suis ei Gothis militauit.

Nnn 2

Zeno



483. Zeno Augustus Theodoricum huius anni Consulē & magistrū militū fecit. Romę Felix III. Papa L. sedit annis ferē 9. qui Basilicam beati Agapiti iuxta sanctum Laurentium construxit. Cirola Arrianus Episcopus in Africa aduersus Eugenium Carthaginensem Archiepiscopum aliosque Catholicos miraculis claros, zelo ductus quendam e suis pœcunia corruptum cœcitatē simulare iussit, vt eum coram Rege se inuocantem, quasi per fidem suam illuminaret: cum coram omnibus manus imposuisset, vera mox diuinitus cœcitate percussus dolū aperuit, conuersusq; à sanctis Episcopis Eugenio, Vindemiale & Longvino rursum illuminari promeruit. Ab hoc Cirola Hunericus Rex iniquus Catholicos persequitur, & plurimis martyrio coronatus ipsum Eugenium cum 324. Episcopis exilio relegauit & Catholicas Ecclesias clausit.

484. Hunericus Rex Vandalorum diuinitus percussus, scatis vermibus, expiratuit. Post quem fratris eius filius Gundamundus regnauit annis ferē 12. qui non multo post Eugenium Episcopum reuocauit. Ludouicus Rex Francorum iuuante Raganhario cognato suo, Siagram Regem Gallię Egidij filium, bello victum, ad Alaricum Regem Gothorum fugere compulit, sibiq; redditū occidit & totum regnum illius ac thesauros sibi subiecit.

485. Hoc tempore Achacius Constantinopolitanus heresi fauens, Petrum Alexandrinum reuocat: quo audito Felix Papa vtrumq; cum sequacibus erroris condemnat.

486. Odoacer Fœbam, qui & Feletheus, Regem Rugorum vicit & apprehendit.

487. Gundamundus Rex Vandalorum Carthaginensi Ecclesiam sancti Agilei Catholicis reddidit, petente sancto Eugenio Episcopo.

488. Theodoricus Rex Ostro Gothorum permissu Ze-

nonis Augusti Italiam petijt, cui apud Isoncium Odoacer  
occurrens bello confligit, & victus aufugit; & iterum recol-  
lectis viribus Veronæ acie congressus, denuo victus & fuga-  
tus est.

489. Theodoricus ad fluuium Adduam Odoacrum ter-  
tio certamine vicit, fugientemq; apud Rauennam obsedit.  
Ludovycus Rex Francorum Turingos petens graui eos  
eade prostrauit: ipsos cum terra eorum sibi subiecit.

490. Odoacer noctu à Rauenna cum Berulis egressus,  
collectis viribus, quarto cum Theodorico confligit, & iti-  
dem victus captusque ab eo est. Ipso anno Gundamundus  
Rex VVandalorum pacem cum Romanis fecit. Constanti-  
nopolis Zeno moritur Imperator: post quem Anastasius im-  
perium Orientis 28. annis tenuit. Hoc tempore Ludovycus  
Rex Francorum, intercurrète Aureliano legato suo, de  
Burgundia Bruodhildem vxorem Christianam accepit, fi-  
liam scilicet Hilperici, quem frater suus Gundobaldus cum  
vxore & filijs trucidauerat.

491. Romæ defuncto Felice Papa concilium à presbyteris  
& diaconis actum.

492. Theodoricus Rauennæ Odoacrū insidias sibi mol-  
entem peremit, ac ipse Occidentis imperium 30. annis ob-  
tinuit. Romæ Gelasius Papa LI. sedit annis 4. mensibus 7.  
vir doctus & pius, qui pro Ecclesiæ statu nonnulla decreta  
fecit: multa sublimiter scripsit: hæreticos damnauit: cle-  
m Romanum auxit: pauperes dilexit: ipse dedicauit Ec-  
clesiã sanctæ Eufemiæ Tiburtina vrbe aliasq; Basilicas san-  
ctorū Nicandri, Eleutherij & sancti Andree via Lauicana: fe-  
cit etiam Basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina.

493. His temporibus in Africa beatus Fulgentius Episco-  
pus, qui Ruspensem 26. annis rexit Ecclesiam, doctrina &  
actibus clarus effulsit: qui etiam ipse plurima inter alios Ca-  
tho-

tholicos mala & exilia perpeffus. Hac etiã tempeffate Ludovicus Rex Francorum Gallias vſq; Sequanam & deinde vſq; Ligerũ fluuios ſuo regno ſubegit. Hunc multa inſtanti Bruodhildis vxor ſua ad fidem Chriſti cohortatur. Gundamundus Rex VVandalorum, perſuadente Eugenio Epifcopo, tandem poſt 10. annos omnes catholicos Epifcopos de exilio reuocauit, & diu clauſas Eccleſias, pace reddita, aperuit. Ludovicus Rex Francorum contra Alamannos pugnans, cum exercitus eius periclitaretur, Deũ cæli inuocauit & ſuam fidem Chriſto vouens, ipſo iuuante, Alamannos ſubiugauit.

494.

495. Ludovicus Rex Francorum ſeu Clodoueus, inſtanti Bruodhilde coniuge ſua, à ſancto Remigio Remenſi Archiepiſcopo fide Chriſti imbutus cum gente ſua baptizatur.

496. Gundamundo Rege VVandalorum defuncto, Theſamundus 26. pauloplus annis regnat pro eo. Qui item Catholicis inſeſtus Eccleſias poſt aliquot annos clauſit, & inter alios perſecutionis labores 240. Epifcopos exilio in Sardinia & alijs inſulis afflixit.

497. Boëtius patricius & conſul multa hiſ temporibus ingenij ſui in ſeculari philoſophia excellenter edidit: Roma Anaſtaſius Papa LII. ſedit annis fere 2. hic Confeſſionem ſancti Laurentij exornauit. Et quia quibusdam communione clam reddere velle videbatur, quidam ſe ab eius communione ſequeſtrant.

498. Iſauri occiſo Lilingo duce ſuo, ab Anaſtaſio Impertore victi trucidati ſunt. Hoc tempore Ludovicus Rex Francorum Gundebadũ & Godegiſelum fratres, Burgondionum Reges, pugna & fugauit, & Gundebadam Auenionem obſeſſum tributarium fecit, & cum magna præda redijt.

499. Theodorico Rex Romæ & alibi multa per hæc tempora mirifica conſtruxit ædificia, Romæ Symachus Papa LIII. ſedit

sedit annis 15. mensib. fere 8. cum quo simul per nimiam dis-  
 fensionem ordinatus est Laurentius : & magna Romæ inter  
 clericum & populum discordia facta; donec iudicio Theodo-  
 rici Regis & maioris multitudinis, Symmachus in sede  
 confirmaretur.

900. Symmachus Papa Romæ Synodo acta inter alia Lau-  
 rentium æmulum suum Nuceriæ Episcopum constituit.

901. Theodoricus Rex aquæ ductum Rauennæ fecit. His  
 temporibus Sanctus Mamertus Viennensis Archiepiscopus  
 virtutibus claruit, qui propter luporum & vrsorum imma-  
 nitatem, aliasque plagas, triduanas ante Ascensionem Do-  
 mini Litanias primus instituēs, Domini misericordiam pla-  
 garumq; cessationem promeruit.

902. Theodoricus Rex victis Vulgaris, Sirmium regno  
 Italiæ restituit.

903. Quidam ex Romanis Symmachum falso criminan-  
 tes, & apud Regem accusantes, Laurentiumque reuo-  
 cantes, magnum Schisma fecerunt: Et Petrus Altinæ  
 vrbis Episcopus, permissu Theodorici, Sedem Apostoli-  
 cam inuasit.

904. Synodo CXV. Episcoporum collecta, beatus Papa  
 Symmachus de illatis purgatur, & sedi suæ cum gloria resti-  
 tuitur, & peruafores sedis eius Laurentius Nucerinus, &  
 Petrus Altinas condemnantur. Ludouvicus Rex Franco-  
 rum per suffragia sancti Petri sanctique Martini & aliorum  
 sanctorū diuinum implorans auxilium Gothos petijt, eosq;  
 iuxta Pictaui vrbem in campo Voglensi pugna vicit, & Re-  
 gem eorum Alaricum, qui iam 22. annis regnabat, occidit  
 regnumq; eius, quod in Gallijs habebat ac thesauros accepit.  
 Almaricus vero filius Alarici fugiens, regnum patris sui in  
 Hispanijs recepit.

505. Lu-

505. Ludouicus Rex Francorum Parisijs beati Petri Basilicam ædificat.

506. Hoc tempore Ludouicus Rex Francorum Ragnarium, cognatum suum regniq; participem, ignauum & luxuriosum, à suis proditum, bello fugauit, victum & comprehensum sua manu cum fratre Richario occidit, & eiusibi populum subiecit. Theodoricus Rex Italiæ contra Francos in Galliam exercitum misit.

507. His temporibus Romæ iterum dissensione contra Symmachum Papam & Ecclesiam orta, nonnulli ex patriciis fustibus & diuersis plagis afflicti, nonnulli cruciati necati; & multa indigna & nefaria contra Ecclesiam & religionem commissa sunt.

508. Hoc anno Romæ Boëthius vir eruditissimus Consulatum administravit.

509. Ludouicus, qui & Clodoueus magnus Francorum Rex, post multas victorias totam pæne Galliam possidens Parisijs, vbi regni sedem instituit, moritur, & in Basilica sancti Petri à se constructa sepelitur anno regni 30. post transitum sancti Martini, vt in gestis Francorum habetur, anno 112. post quem quatuor filij eius, diuiso regno, Theodoricus Mettis sedem habens 23. cum strenuo filio suo Theoberto regnavit; Chlodomeris, Aurelianis; Hildebertus, Parisijs; & quartus Lotarius Suefionis sedem statuens, annis 113. regnavit. Horum soror Hrodhildis, æquiuoca matris diuine quæ religiosa, Almarico Regi Gothorum Arriano in Hispaniis nupsit, materq; vidua apud sanctum Martinum Turonis in orationibus & elemosynis permansit.

510. His temporibus Symmachus Papa inter alia bona Manichæos in vrbe inuentos damnauit. Ecclesiã S. Andrea ad S. Petrum construxit. Oratorium sancti Thomæ, Confessionem sancti Cassiani, itemq; sanctorum Proti & Iacobi.

Oratorium sancti Apollinaris, itemq; sancti Sossij, item sanctæ CRUCIS, item sancti Ioannis Baptistæ, item sancti Ioannis Euangelistæ. Basilicam sancti Petri & porticū marmore stravit & multis modis ornauit. Xenodochia instituit, & singulis annis Catholicos à Trasamundo Rege VVandalorum Arriano per exilia dispersos alimonia & vestibus iuuat. Construxit etiam Basilicam sanctæ Agathæ, via Aurelia, item sancti Pancratij, item sancti Syluestri, item sancti Martini, item sancti Cosmæ & Damiani, & alias nonnullas struxit, renouauit, & ornauit.

511. Hoc tempore Reges Francorum Chlodomeris, Hildebertus, & Lodharius Burgundiorum Reges Sigismūdum & Godmarum petunt, & pugna victos fugant. E quibus Sigismundus Rex religiosus ad sanctos Agaunenſes confugiens, inſequentē Clodomere ibidem captus, & Aurelianus in carcerem missus, vna cum vxore & filijs trucidatus est: & secuto tempore Clodomere iterum Burgundiones petēs pugna fugauit, & ipse inter hostes equo delatus ab ipsis iugulatur: & Burgundia à Francis subiugatur.

512. Almaricus Rex Gothorum in Hispanijs Arrianus Hrodhildem vxorem suam Catholicam multis modis afflixit. Qui postea à fratre eius Hildeberto pugna victus est, & peremptus & pro eo Theuda regnauit.

513. Cassiodorus huius anni Consul fuit, qui postea conuersus & monachus factus, Cœnobium construxit & in seculari diuinaq; literatura clarus effulſit. Psalmos exposuit, libros institutionum & chronica fecit. Romæ tandem dissensione cessante inter clerum & populum, optata redijt concordia: & Symmachus Papa beatus obiit.

514. Theodoricus Rex Italiæ filiam suam Amalsuindam Eutharico Ciliciæ in matrimonium iunxit. Romæ Ormisda Papa LIV. sedit annos 9. qui inter alia bona Euthicianos

O o o

itemq;

itemque Manichæos damnauit: clerum erudiuit, Basilicis adornauit.

515. Hoc tempore Vitalianus quidam feruus, dignitatum elatus, Anastasio Imperatori rebellat, & Scythis adiutus crebris prælijs milites eius victos fugans, magno Romano populo dedecori & detrimento fuit.

516. His temporibus Ormisda Papa pro fide catholicæ Imperatorem Anastasium Constantinopolim Legatos mittens, & nihil proficiens, alios itidem cum epistolis legatos mittit: Quos cum Anastasius corrumpere non posset, depulit exilio: & inter alia domno Papæ rescripsit dicens: Non iubere volumus non iuberi.

517. His temporibus Rex Francorum Danos se inuadentes per filium Theodobertum vna cum rege suo ad intentionem deleuit.

518. Anastasius Imperator cum Hæresi Euthicetis fauisset & Catholicos persequeretur, fulmine ictus interiit, maior octogenario: pro quo Iustinus Imperator catholicus Constantinopoli regnauit an. 8. qui nonnullos imperio inhiantes & cum Vitaliano tyranno pace prius facta eundem potestatem peremit.

519. Iustinus Imperator Augustus Legatos apostolicos ab Ormisda Papa Constantinopolim pro fide missos summo honore suscepit, eisq; in damnatione hæreseos per omnia consentaneus plurima per eos donaria Romam misit.

520. Hac tempestate Theodoricus Rex Francorum cum filio Theodeberto Thuringos petens, immensa eos caede protulit, & Ermensfridum Regem eorum fugauit; quem postea fide data ad se venientem suscipiens, è muro precipitavit, & filios eius occidi fecit.

521. Iustinus Augustus hæreticis infestus Arrianos etiam Constantinopoli persequitur. Vnde iratus Theodoricus Rex

Rex Italiae Arrianus exitium in Italia Catholicis minatur.  
 322. In Africa mortuo tandem Trasamundo Rege VVandalorum Arriano, Heldericus pro eo regnavit an. 8, qui statim in principio regni Ecclesias diu clausas aperuit & omnes Catholicos de exilijs reuocare studuit & optatam Ecclesiae pacem restituit.

323. Romae Ioannes Papa LV. sedit annos 2. menses 9. qui coemeteria in vrbe restaurans & alijs bonis instans à Theodorico Constantinopolim Legatus mittitur, & summo honore & gaudio à Iustino Augusto & cunctis ciuibus susceptus ad portam, quae dicitur aurea, circum illuminatur: & coronatus à se Augusto Iustino, & pro quibus venerat impetratis, donarijs & muneribus donatus reuertitur.

324. Theodoricus Rex Gothorum & tyrannus Romanorum inter alia mala Boetium Patricium & philosophum diu carceratum occidit. nec post multum tempus socerum eius Symmachum patricium itidem peremit, Ioannemque Papam beatum de Constantinopoli reuertentem Rauennae cum comitibus carceris afflictione necauit 15. Calend. Iunij: qui non multo post Romam relatus apud sanctum Petrum sepultus est.

325. Theodoricus tyrannus post 7. menses ab obitu Papae Ioannis post multa mala sua, Dei iudicio subita morte Rauennae interiit: & sicut solitario cuidam reuelatum est, à Ioanne Papa & Symmacho patricio in ollam Vulcani coniectus est, anno regni Italici 32. post quem nepos eius Atharicus puer cum matre sua Amalsuinda regnavit an. 8. Romae Felix IV. Papa LVI. sedit annos 4. mens. 2. qui fecit Basilicam sanctorum Cosmae & Damiani via sacra, & beati Saturnini via salaria.

326. Constantinopoli Iustinus Imperator Iustinianum regni consortem & successorem faciens, obiit: pro quo Iustinianus



ex sorore nepos eius imperavit an. 38. multa pietate & prudentia conspicuus, nisi in quibusdam hæreticis fauisset.

527. Iustinianus Augustus Belesarium amicum suum principem militiæ fecit, per quem & de Parthis triumphavit, & magna ex parte R. P. recuperavit. Gens VVinilorum sine Longobardorum Rege Odvino Pannoniam inuasit ibiq; habitare cœpit.

528. His temporibus beatus Abbas Benedictus immensa virtutum gloria claruit. Priscianus quoque Grammaticus.

529. Exercitus Romanus sabbato Paschæ à Parthis superato.

530. In Africa occiso malè Helderico Rege VVandalorum Catholico, Geilamer regnum inuadens, tanta feritate in Catholicos & in omnes debacchatur, vt nec parentibus suis parceret. Romæ Bonifacius II. Papa LVII. sedit annis 11. mense ferme vno: cum quo per dissensionem ordinatus est Dioscorus, & paucis post diebus mortuus: Quem tamen Bonifacius collecta Synodo damnare molitus est.

531. Bonifacius Papa Vigilium Diaconum in Synodo potestatis Papam eligi sub chirographo decreuit; quod tamè postea rescindens, quòd contra Canones erat, combussit. Ipse in periculo famis clerum & pauperes alimonia iuuit.

532. Ab hoc año scilicet Iustiniani Imperatoris 6. Dionysius Romanus Abbas vtriusq; linguæ peritissimus, ciclium magnum Paschalem inchoat: qui iam semel ab Incarnatione Domini in annis 532. exactus, totidem ipse annos continet. Incipit autem à primo Diocletiani anno, vnde Graeci ciclos suos inchoabant ciclis decennouenalibus 13. exactis id est, an. 242. Romæ Ioannes II. qui & Mercurius, Papa LIIIX. sedit an. 2. mensibus 4. Ad hunc Iustinianus Augustus de fide sua litteras & donaria sancto Petro transmisit. Theodoricus Rex Francorum anno Regni 23. moritur, & Mercurius

sepelitur: pro quo filius eius Theodebertus regnavit an. 34.  
 333. Romæ mortuo Atalarico Rege Gothorū Amalsuin-  
 da Theodatum in consortium regni assumit, qui ipsam non  
 multo post occidi iussit, & regnum sibi soli usurpavit.

334. Belesarius patricius à Iustiniano Imperatore missus  
 Vandalorum gentem in Africa bello victam deleuit: Gei-  
 lamerum Regem eorum captum Constantinopolim abdu-  
 xit & Carthaginensibus Rempub. restituit post annos 94.  
 ex quo à Geiserico capta est. Geilamer quoq; post aliquot  
 annos à Iustiniano Augusto Comes effectus & in terminos  
 Parthorum ad eos arcendos constitutus est.

335. Romæ Agapitus Papa LIX. sedit anno fere vno. Hic  
 à Theodato Tyranno pro gratia Iustiniani Augusti propter  
 occisam Amalsuindam sibi infensi Constantinopolim mis-  
 sus constanter cum Augusto pro fide Christi decertavit.  
 Anthemium eiusdem vrbis Episcopum hæreticum con-  
 victum damnauit, & in locum eius, fauente Augusto, ordi-  
 nauit Mœnam; ipseq; ibidem morbo tactus obiit, & in locu-  
 lo plumbeo Romam relatus ad sanctum Petrum sepultus est.

336. Romæ Siluerius Hormisdæ Papæ dudum filius, con-  
 tra voluntatem Cleri à Theodato tyranno pecunia corru-  
 pto, LX. Papa violenter promotus sedit an. 1. mensib 5.  
 Theodatus tyrannus abhinc post 2. menses à VVitigiso per-  
 emtus & VVitigis Rex Gothorū factus est. Belesarius Patri-  
 tius à Iustiniano Augusto in Italiam contra Gothos missus  
 per Siciliam transiens & fuderat Ducem eius vincens Afri-  
 camq; de tyrannis eius eruens Neapolim transfretavit, ip-  
 samq; vrbem sibi resistentem obsessam vi cepit, & tam ciues  
 quam Gothos nulli parcens trucidavit. Inde cum Romã in-  
 gressus esset, Gothi oēs, qui ibi fuerant, nocte egressi Ra-  
 rennam fugientes petierunt, quos insecutus conferto prælio  
 7000. ex eis occidit. VVitigis vero collecto grandi exer-  
 citu

citu Belesariū urbemq; Romam vno anno obsedit, omniaq; circum deuastans, urbem bello fameq; grauitè opprellit. postea vero egresso Belesario pugna cōmissa victus Rauenam aufugit. Fames tanta facta est, vt in Liguria quaedam mulieres paruulos suos comederent.

537. Syluerius Papa cum in restitutione Anthemij & communionē hæreticorum Augustis nollet parere, iussu ipsorum ab Elefario patricio falso criminatus, & secreto positus monachiq; habitu indutus, indictione 15. à Vigilio diacono exilio afflictus & deficiens 12. Calend. Iulij post obitum etiam miraculis claruit, ipseq; Vigilius Papa LXI. ordinatus, sedit annos 17. menses 7. Ipsi diebus Belesarius Theobertum Regem Francorum cum grandi exercitu Italianum ingressum vicit, & inde reuerti coëgit. Ipse Romæ S. Petri dona obtulit.

538. Belesarius patricius commissa cum Gothis pugna, iterum victor, V Vittigisum Regem eorum in ipsa fuga à Leanne sanguinario magistro militum comprehensum, & Romam adductum. ipse & Vigilius Papa Constantino palatinum cum vxore & thesauris ad Iustinianum Augustum perducuntur. à quo patricius & Comes factus in oriente contra Parthorum seu Persarum excursiones constitutus ibidem vitam finiuit. Gothi in Liguria manentes Hellebadum suum Regem eleuant, iterumq; Romanis rebellant.

539. Parthi rupta pace Antiochiam totamq; Syriam inundantes deuastant, donec à Belesario tandem repulsi ad terminos suos rediere. Posteaq; à Martino Duce pax cum eis facta est, Belesario ad Italiam contra Totilam reuocato Gothi Hellebado post primo anno perempto Errariū Regem faciunt.

540. In Italia occiso post 1. annum Errario Rege Gothi Totilam qui & Baduila dictus est, Regem sibi statuunt, qui

accessibus bellorum fretus, Romanum exercitum Duceſque aliquoties ſuperauit, & per multos annos Italiam totam ipſamque urbem Romam captam pluribus malis attriuit & vaſtauit.

541. Totila per hæc tempora apud Fauentinum Æmiliæ oppidum Romanum exercitum ſuperat; nec multo poſt iterum Romanos Duceſ fugans partim vi partim donis exercitum ſibi conſociat & tyrannidi inſtans ipſam etiam Romam & Campaniam vaſtat.

542. Huius Iuſtiniani temporibus corpus ſancti Antonij monachi diuinitus reuelatum, ad Alexandriam tranſlatum, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ tumulatum, Hoc etiam tempore VI. Synodus vniuerſalis Conſtantinopoli cōtra Theodorum & omnes hæreticos ſub Vigilio Papa collecta eſt.

543. Per hæc tempora cum Beleſarius à Parthorum finibus ad auxilium Italię reuocatus & diu impeditus, tandem cum claſſe Romam iam pæne vaſtatam ingreſſus eſſet, Totila ſuperirruentem exercitum commiſſo prælio fudit, & in Tiberi merſit ipſumque in Campaniam repulit. Hoc tempore Benedictus Abbas cum diſcipulum ſuum Maurū ad Gallias tranſmiſiſſet, migravit ipſe poſt multas virtutes ad Dñm.

544. Sanctus Remigius Remorum Archiepiſcopus & gentis Francorum Apoſtolus anno Episcopatus 74. idibus Ianuarij plenus virtutibus migravit ad Dominum. Arator Subdiaconus Romanus librum ſuum, quem de Actibus Apoſtolorum heroico metro edidit, Vigilio Papæ oblatum publice cum magno feruore recitauit.

545. Hoc tempore cum Beleſarius à Sicilia iuſſu Auguſti Conſtantinopolim reuocatus eſſet, Totila iam ſecurus iterum Romam inuaſit, & ſecuto tempore collectis yiribus Siciliam etiam inuaſam cepit totamque Romanis, qui diuerſis occaſionibus ſubducti erant, deuaſtat Italiam.

546. The-

546. Theodebertus Rex Francorum strenuus & fortis moritur & filius Theodaldus multum patre nequior & ignavio-  
rior pro eo regnavit ann. 7.

547. His temporibus Vigilus Papa cum ad confitentium hæreseos & restitutionem Anthemij Episcopi nullatenus adduci posset, iussu imperiali Romæ vi captus & Constanti-  
nopolim perductus, cum constanter in incepto persistere nec Augustus cessisset, cum Comitibus affectus & exilium adductus, & per annos aliquot graviter afflictus est.

548. Per hæc tempora Iustinianus Augustus inter magnifica Basilicam Salvatoris, quæ Agiæ Sophiæ dicitur, incomparabili opere construxit: ipse leges Romanas infinitas abbreviatas collegit & leges, quæ Iustinianæ dicuntur, composuit.

549. Hoc tempore gens Gepidorum à Rege Albinio Longobardis, qui in Pannonia tunc habitabant, prelio victa & pene deleta est. Et Chunimundus Rex eorum occisus, de cuius capite auro incluso Alboni sibi Praciam fecit, amque eius Rosmodam inter alios multos captivam, postquam defuncta coniuge, Lodharij Regis Francorum filia, in vitam perniciem duxit uxorem.

550. Victor Episcopus Capuanus de huius anni Palæstra scribens, erroneos Victorij ciclos arguit. Hoc tempore Tithila Rex Gothorum iterum Romam obsessam & fame multum oppressam cepit: & quibusdam senatoribus Constanti-  
nopolim fugientibus Severus urbem possedit.

Hucusque Iordanis Episcopus Chronica sua de gestis Romanorum abbreviata perduxit.

551. His temporibus in Africa Mauri per Ioannem patrum domiti sunt.

552. Hoc tempore Iustinianus Augustus Narsetem Eunu-  
chum Carthularium & cubiculariū suum principem me-

litrix fecit, & in Italiam misit, qui commissa pugna, Dei gratia, victor Totilam Regem occidit & gentem Gothorum, auxiliantibus etiam Longobardis, in Italia exterminavit. Per hæc etiam tempora cum Buccellinus Comes cum socijs à Theodeberto Rege Francorum dudum missus per annos aliquot Italiam Siciliamq; infestaret & Romanum sæpe exercitum superaret, tandem exercitus eius profluuium ventris attritus & attenuatus, à Narsete pugna victus & profligatus, ipse dux occisus est: nec multo post socius eius Ammingus Dux cum reliquis Gothorum, quibus se iunxit, peremptus est.

553. Theobaldus Rex Francorum moritur, & regnum eius Vanderadam Lotorius Rex patris eius Theodeberti patruus accepit, qui iam 44. anno regnabat. Ipso anno Hlodharius ipse Saxones rebellantes iuxta Viferam fluuium magna cæde domuit & Thuringam peruasam deuastauit.

554. Vigilius Papæ tandem, impetrantibus Romanis & Narsete, de exilio reuocatus, cum Romam redire cœpisset, in Sicilia morbo calculi tactus decessit: Sed tamen Romam relatus apud sanctum Marcellum via salaria sepultus est: pro quo ordinatus Pelagius Papa LXII. tedit annos 11. mensibus 10. qui à Pop. Rom. factionis contra Vigilium incusatus, celebratis vna cum Narsete litanijs apud sanctum Petrum, am bone ascenso Euangelioq; super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit.

555. Hoc tempore Saxones iterum Hlodhario rebellantes, cum ab eo peterentur hostiliter eiq; pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent, idq; exercitus Francorum refusans, eo inuito pugnam inisset, magna ab eis cæde protrititus fugæ præsidium petijt.

556. His temporibus Chramnus patri suo Hlodario annitente,

P p p

tente,

rente patruo Hildeberto rebellans, regnū Francorum domestica seditione perturbat. Saxones factione Hildeberti in Francia prædas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur.

557. In Britannia Bridius Rex Picorum efficitur. Hildebertus Rex Francorum circa hæc tempora moritur, & Parisijs in Basilica S. Vincentij à se constructa sepelitur. Regnumq; eius Hlodharius frater assumens, totam paterni gni Monarchiam obtinuit.

558. Chramnus patrem Hlotharium, quem multis malis offenderat, hoc tempore in Britanniam fugiens, insequente eo ibidem cum Conobro Rege ibidem victus & captus, cum vxore & filiabus viuus incensus est. Quo etiam tempore Turonis Basilica sancti Martini, rebellibus ad eam confugientibus, igne crematur.

559. Lotharius Rex de sceleribus & peccatis suis penitentiam agēs Basilicam sancti Martini hoc tempore studiosè reparans, stanno rexit. Sanctus Medardus Episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum & à Hlodhario Rege Francorum Suefionis magna cum gloria sepultus est.

560. Hlodhari<sup>o</sup> maior filius Chlodouei magni, Rex Francorū anno regni 51. Compendij moritur, & Suefionis apud sanctum Medardum sepelitur. Post quem quatuor filij eius diuiso regno, Sigibertus Mettis & Remis sedem habens, annis 14. Haribertus Parisijs, Hilbericus Suefionis, 25. annis regnauit. Guntrammus Aurelianis & in Burgundia, 29. annis regnauit.

561. In Britannia Edilbertus Rex Anglorum regnauit annis 56. Hunni cum Rege suo Chagano Gallias petentes à Sigiberto Rege pugna victi & humiliati, vix impetrata pace, fœdere pacto redierunt.

562. Hilpericus Rex regnum fratris sui Sigiberti & urbem Remensem inuasit, Campaniamq; vastavit. Quo audito Sigibertus à Hunnis reuersus è contra Suefionis urbem cepit: Theodebertum filium Hilperici ibidem captum in exilium misit ipsumq; Hilpericum pugna victum fugauit, & ciuitates suas recepit. Postea verò accepto ab eo pacis Sacramento filium ei reddidit pacemq; cum eo firmavit.

563. Haribertus Rex libidini deditus cum in Goberga vxore sua repudiata duas ancillas germanas sibi in matrimonio iunxisset, à suo germano Parisiorum Episcopo excommunicatus, non multo post interijt. Quo etiam tempore Sigibertus Rex Brunam, quæ & Brunihildis, filiam Athanagildi Regis Gothorum de Hispanijs vxorem accepit, & secuto tempore Hilbericus frater eius Hielsvindam, sororem Brunæ, coniugem accepit, quam postea suasu Fridegundis concubinæ noctu strangulauit: cuius etiam astu Audoueram Reginam commatrem suam factam repudiauit, & multa mala fecit.

564. Constantinopoli Iustinianus Imperator anno imperij 38. decessit: pro quo Iustinus minor ann. 11. regnauit, homo iniquis ultra modum deditus. His temporibus immensa pestilentia & mortalitas totam Italiam & maxime Liguriam incredibiliter vastavit.

565. Sanctus Columba presbyter & Abbas de Hybernia veniens Britannis verbum Dei prædicat. His temporibus Narfes patricius Sinduualdum Regem de reliquijs Herulorum in Italiam sibi rebellantem pugna vicit, & captum alta trabe suspendit. Qui diuitijs auctus magnam à Romanis passus inuidiam apud Augustum criminatus, & ad id adductus est, vt relicta Roma in

Ppp 2 Cam



Campaniam \* subsecuti scederet, eiq; Longinus successit in Italiam mitteretur.

566. Romæ Ioannes LXIII. Papa, sedit ann. fere 34. Quæ Ecclesiam Philippi & Iacobi Apostolorum, quam decessit eius Pelagius ceperat, perfecit & dedicauit.

567. Narses Eunuchus & Patricius, qui Italiam à Gothicis alijsq; hostibus liberauerat, & multum pro Repub. laborauerat, à Iustino Augusto & Sophia vxore eius iniurijs lacessitus, Longobardos, qui in Pannonijs habitabant, ad vastandam & possidendam Italiam inuitauit, missis eis de ueritate Italiae fructibus terræ & muneribus. Multa prodigia præcipuè igneæ acies in cælo visæ, sanguisq; coruscans Italiam terrent.

568. Longobardi Rege Alboino mense Aprili Venetiam & fines eius ingressi sunt, eamq; paucis ciuitatibus exceptis captam subjicientes; apud Aquilegiam seu forum Iulij delectam partem copiarum cum Duce Gihulfo relinquentes ad totam Italiam capiendam animos intendunt. Ingen hoc anno cecidit nix, & insolita frugum copia subsecuta est.

569. Hoc tempore Hunni rupta pace iterum Franciam petentes, dolis instructi Sigibertum Regem cum Francie acie victum fugant. Alboinus Rex cum Longobardis Liguriam inuasit; Mediolanum & alias plerasq; vrbes cepit, circumquaq; prædis & cædibus furibundus Papiam pluriennio obsedit.

570. Alboinus plerasque in Tuscia citraq; ciuitates, exceptis Roma Rauennaq; & paucis castris, cepit. Ingens etiam fames post uertatem Italiam pestilentia attritam inualuit. Sanctus Vedastus Episcopus decessit.

571. Papienses ciues ultra resistere non valentes Regi Alboino se tradunt: qui ciuitatem ingressus corruente & in-

cente intra portam equo suo diuinitus mitigatus, contra  
vorum, quo omnes se puniturum minitabatur, ciuibus pe-  
percit, & sedem ibi regni statuens 3. ann. & 6. menses in Ita-  
lia regnauit. Quo etiam tempore Narses patricius cum è  
Campania Romam reuersus esset, non multo post mortuus  
& in loculo plumbeo cum thesauris suis Constantinopolim  
relatus est.

572. Hilpericus Rex Chlodoueam hoc tempore hosti-  
lier filium suum in regnum fratris sui Sigiberti misit: Qui  
cum iuxta Burdegalem resideret urbem, Sigulfus Dux  
ex parte Sigiberti super eum irruit, fugientemq; cum tubis  
& buccinis vociferando, quasi ceruum, Parisios vsque, vbi  
pater eius fuerat, persequitur.

573. His diebus Hilpericus filium suum Theodebertum  
item ad vastandum Sigiberti regnum trans Ligerim misit:  
Qui cum vastationibus crudelissimè instaret & ciuitates  
nonnullas cepisset, tandem cum Ducibus Sigiberti pugna  
incaute conferta decifus interiit.

574. Alboinus Rex Longobardorum apud Veronam in-  
sidijs Rosmodæ coniugis suæ à Helmichso armigero suo  
peremptus est: ipseq; Helmichis frustra regnum attentans,  
cum ad mortem quæreretur, cum eadem Rosmoda coniu-  
ge sua & thesauris filiaq; regia Absvinda Rauennam fugit;  
ibiq; venenum ab ipsa acceptum, ipsam quoque bibere co-  
gens cum ipsa pariter interiit. Sigibertus Rex Francorum  
cum suas vliscens iniurias, fratris Hilperici regnum inua-  
sisset, eumq; contra vetitum sancti Germani Parisiorum E-  
piscopi, mortifero odio, fugientem persequeretur, missis  
dolo Fridegundis iam Regina duobus adolescentibus, ab eis  
peremptus interiit; ipsiq; pariter extincti sunt; & Brunihild  
vxor eius cum filio Hildeberto capta & custodiæ mancipa-  
ta est. Sed Hildebertus puer clanculo à suis ereptus, & Rex

pro patre promotus regnauit an. 23. Rex admodum fortis & strenuus. Huius soror Ingundis Irmingildo Regi Gothorum, filio Leuigildi nupsit.

575. Constantinopoli Iustinus Imperator post multamini & cupiditates suas in amentiam versus moritur: Pro quo Theobertus Constantinus, qui & ipso mente capto palatium rexerat, regnauit ann. 7. vir Deo deuotus & in eleemosynis pauperum omnium largissimus atq; in acquirendis facultatibus omnium fortunatissimus. In Italia Clep Longobardorum Rex, qui pro Albuino electus fuerat, cum anno eodem mense vno crudeliter regnasset, & multos Romanorum peremisset, à proprio seruo suo peremptus est. Post quem Longobardi sine Regibus per ann. 10. sub Ducibus militantes, pluribus per totam Italiam debacchantur sceleribus; Burgundiam, quam (sicut sanctus Hospicius reclusus prædicarat) ingressi, Amatam Ducem Guntrammi Regis pugnatum occidunt, & multa cæde facta prædis ditati in Italiam reuertuntur.

576. Hoc tempore Meroueus Hilberici filius à patre contra Pictauos missus & inde reuertens Brunhildem accepit uxorem; à qua statim à patre separatus, cum suspectus haberetur; non multo post attonsus & presbyter ordinatus est. Per idem tempus sanctus Germanus Parisiorum Episcopus migravit ad Dominum. Circa hoc tempus Longobardi iterum Burgundiam ingressi à Mummulo patricio Guntrammi, qui Amato successerat, circumuenti pluribus trucidatis & captis vix refugerunt.

577. His diebus Hilpericus Chlodoueam filium suum & Desiderium Ducem contra fratrem suum Guntrammi transmisit: sed à Mummulo patricio Guntrammi, pugnatum, terga verterunt. Hoc item tempore Saxones, qui cum Alboino Italiam intrauerant, Gallias inuadunt: sed à Mummulo

mulo cæsi & humiliati, impetrata pace, redeunt; & post  
annum iterum patriam repetere volentes, Gallias petunt;  
Viso Mummulo territi, auro se redimunt. Postremo à  
Sueuis, qui locum ipsorum possederant, pugna victi & pene  
deleti sunt.

578. Romæ Benedictus Papa LXIV. sedit annos 4. men-  
ses 2. à quo beatus Gregorius de monasterio ablati, &  
diaconus ordinatus, Constantinopolimque apocrisarius  
missus Euthicium eiusdem vrbs Episcopum in fide resur-  
rectionis errasse, Tiberio Augusto præsentem conuicit: Vbi  
etiam egregium opus Moralia in Iob venientibus ad eum  
monachis suis scribere compulsus est. Hoc tempore Gunt-  
rammus Rex Diacolemum Ducem superbè sibi vincula  
minitantem pugna victum occidit.

579. Hilpericus Rex Francorum inauditis exactionibus  
populam suam & descriptionibus afflixit: sed exactor eius  
occisus, & pictacia cæsus incensa sunt. Magna aquarum  
inundatio, & illuies, fulmina & terræ motus, & prodigia  
sequens pestilentia Gallias aliasque prouincias afflixere.  
Tres filij Hilperici dysenteria periere: quartus ab ipso in cu-  
stodia positus molimine nouercæ Fridegundis cultro fixus  
interijt. In Hispanijs Leuigildus Rex Gothorum Arrianus  
instigante Goefinda vxore catholicos persequitur. His die-  
bus magnæ Longobardorum copiæ cum tribus Ducibus  
Galliam ingressæ diuersis modis ac prælijs à Mummulo attri-  
tæ vix tandem in Italiam refugerunt.

580. Cometa die Pasche visus. Suefionis cælum ardere vi-  
sum est. Parisijs sanguis de nubibus fluxit. Pestilentia & mor-  
talitas ingens facta. Leuigildus Rex Hermigildum filium  
Catholicum persequitur cum exercitu. Rodinus Dux Hil-  
deberti pius & religiosus obiit.

581. Hoc

581. Hoc tempore exercitus Tiberij Imperatoris milites Persas potenter superauit, & inter innumerabilem præcedentem copiam 20. elephantos Imperatori reddidit. Ipse Imperator cum Italia & ipsa Roma bello Longobardorum, pestilentia, & insuper fame grauiter laboraret, naues frumento onustas Romam misit, & annonæ copiam populo subministrauit.

582. Constantinopoli Tiberius Imperator omni laude dignissim<sup>o</sup> morbo tactus filiam suam & imperium Mauricio tradidit; & ipse ex hac vita feliciter discessit. Pro quo idem Mauricius genere Capadocus regnauit annos 21. Rome Pelagius II. Papa LXII. sedit an: 10, mensib. 2. Hic templum sancti Petri tabulis argenteis deauratis texit. Domum suam fecit xenodochium, Basilicam sancti Laurentij construxit & sepulchrum eius tabulis argenteis ornauit.

583. Hildebertus Rex Francorum cum hoc tempore 60. millia solidos auri à Mauricio Imperatore accepisset, quatenus Longobardos ex Italia pelleret, valido cum exercitu Italiam petijt. Sed Longobardis petentibus & munera offerentibus pacem cum eis pactumq; confirmans sine bello redijt. Mauricioq; pecuniam repetenti nec responsum dedit.

584. Guntramms Rex in suburbano Cauillonensi summo studio monasteriū sancti Marcelli construens, ad exemplum Agaunensis instituit. Gundoaldus quidam cum auxiliio Mummuli & Desiderij regnū affectans contra Guntrammm tyrannidem inuasit. Sed aduersus eius Leudifelo & Egilano fugatus, cum latebram Cambanis vrbe foueret, à Osone de rupe præcipitatus interijt.

585. Hilperico Rege Francorum post multa scelera & mala sua insidijs perempto, & Parisijs in Basilica sancti Vincentij sepulto, Lotharius puer filius eius à Guntramno Rege, suo patruo, baptizari iussus est, & de sacro fonte susceptus in regno patris sublimatus, regente matre Fridegunde & Lau-

derico Maiore domus, regnavit ann. 45. Mummulus patri-  
cius reus maiestatis conuictus iussu Guntrammi Regis in-  
terficitur & thesauri eius in fiscum rediguntur.

386. In Italia Longobardi post 10. annos, quibus duces  
precerant, Autharium Flauum Elephonis filium Regem  
statuunt; qui bellica clarus virtute regnavit ann. 6. qui in-  
ter alia Brexillã urbem diruit, & totam p̄ne Italiam secuto  
tempore bello peragrauit. Leuigildus Rex Gothorum in  
Hispania Arrianus Hermingildum Regem filium suum  
die sancto paschæ 18. calend. Maij securi iussit interfici. Gun-  
trammi Rex exercitum in Hispanias misit, qui infirmatus  
statim redit.

387. Leudifolus à Guntrammo patrici<sup>o</sup> promouetur. Ma-  
gna aquarũ inundatio facta. Globus igne<sup>o</sup> scintillans & qua-  
si rugiens de cælo in terram cecidit. In Hispania Leuigildus  
Rex Gothorum moritur: & Richaredus filius eius Rex pro-  
coefficientur; qui instante Leandro Hispolitano Episcopo,  
à quo frater eius Hirminigildus conuersus fuerat, cum tota  
gente Gothorum non multo post ad Catholicam fidem con-  
uerteretur.

388. Guntrammi & Hildebertus Reges inter se pacem &  
pactum confirmant, regnumq; Guntrammi post obitum eius  
Hildeberto promittitur. Nonnulli principũ & ducũ Hilde-  
berti, coniurationis contra eum conuicti, puniti sunt. In His-  
pania hæresis destructa, & Synodus Toletana collecta est in-  
dustria Leandri præsulis & Richaredi Regis. Casara regina  
Anulsi Regis Persarum Constantinopolim dissimulato no-  
mine regio profuga veniens, se baptizari impetrauit; postea  
à marito inuenta ipsum quoq; cum multis & gente sua An-  
tiochiam venientem baptizari & Christianitatem aggredi  
effecit.

389. Exercitus Guntrammi ad Hispanias missus negligencia

tia Bosonis Ducis grauer à Gothis trucidatus est. Hoc tempore Hildebertus Rex sororem suam, quam Atharrio Regi Longobardorum promiserat, Regi Gothorum, qui nuper Catholicus factus fuerat, in matrimonium tradidit.

590. Tunica Domini Saluatoris à Simone quodam Iudæo tormentis coacto monstrata, à Gregorio Antiocheno, Ioanne Constantinopolitano & Thoma Hierosolymitano, & alijs Episcopis multis, ieiunio triduo celebrato, in arca marmorea in oppido Saphad inuenta, summo cum honore Hierosolymam allata est. Inter Francos & Britannos pugna commissa est. Hoc quoque tempore Hildebertus petitione Maximi Imperatoris iterum Longobardos in Italia cum exercitu petijt: Sed victo ab Atharrio Rege caesoque grauer exercitu suo cum paucis redijt.

591. His diebus Rex Longobardorum Theodelindam filiam Garibaldi Regis Bauariorum, pulchram, prudentem, & piam accepit vxorem: Quo tempore magnus Francorum exercitus cum 20. Ducibus à Hildeberto Rege contra Longobardos missus diuersis casibus, præcipue morbo afflictus, parumque hostibus, intra munitiones septis, nocere præualens, paruo effectu, fame afflictus, ægre tandem reuertitur.

592. Immensa pluuiarum inundatio & illuies facta ingensque mortalitas subsequuta est. In qua primo Pelagius Papa, dein innumeri cateruatim extincti sunt: & beatus Gregorius tunc Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus constituitur, litanijs, & plaga cessante, Papa LXVI ordinatus, doctrina & actibus cunctis merito præferendus Apostolicis. Sedit ann. 13. mensib. 6. diebus 10. Qui statim inter alia bona librum pastorem egregio edidit stylo. Hic quoque super corpus beati

beati Petri ciboriū fecit & Missas celebrare instituit; itemq; S. Pauli similiter. In Italia, cum Autharius Rex ad Francos pro pace petenda misisset, veneno, vt aiunt, mortuus est: & Theodinda Regina eius vidua Agonem Ducem, qui & Agilolfus, maritum & Regem selegit: Qui Rex Longobardorum factus regnavit ann. 22. Longobardi pacē cum Francis peragunt.

93. Guntrammus Rex Burgundiæ in omni bonitate precipuus anno regni 33. 5. Calend. Aprilis obiit, & in Monasterio S. Marcelli à se cōstructo sepultus est; regnumq; Hildebertus fratris eius Sigiberti filius accepit, & post eum 4. ann. tenuit. In Britannia Edelfridus Rex super Anglorum partem constitutus est. Siccitas magna & fames facta est, & insolita locustarum magnarum multitudo.

94. Quinrio Dux Gallicæ Campaniæ regnum Lotharii Regis filij Hilperici hostiliter ingressi ab ipso Lothario cruenta vtrinque pugna victus aufugit. Item locustarum multitudo frugibus nocuit.

95. Gregorius Papa Synodum 24. Episcoporum pro utilitate Ecclesiæ ad S. Petrum collegit. Indictione 14. Franci & Britanni, graui vtrinque cæde, pugna configunt. His diebus Tassilo Rex Baioariorum à Hildeberto constituitur, qui mox Sclauis superatis magnam exinde prædam deportauit.

96. Sanctus Columba presbyter & Abbas post multa miracula in insula Hij iuxta Hyberniam migravit ad Dominū, anno ætatis 73. Hoc tempore beatus Gregorius Papa missis doctoribus Augustino, Mellito, Ioanne, & alijs seruis Dei, Anglorum genti in Britannia verbum vitæ prædicare iussit, eamq; cooperante Dei gratia, ad fidem Christi per eosdem conuertit. Cometa & multa signa apparuerunt in cælo.

97. Hildebertus Rex Francorum fortis & strenuus, filius



Sigiberti 23. anno regni, ætatis vero 25. veneno, vt aiunt, coniuge accepto, moritur: pro quo duo filij eius Theodbertus in Austrifracia ann. 17. & Theodoricus in Burgundia cum auia Brunihilde 18. annos regnauerat: ipsoq; anno Fridegundis cum filio Lothario regnum eorum inuadit, eos cum exercitu resistentes graui cæde prostratos fugauit. 598. Fridegundis Regina mater Lotharij Regis moritur. His temporibus cum Romanus patricius aliquot vrbes Longobardis dudum captas, & cum deditioe recepit: idq; Agilolfus Rex vltum ire molitus, Italia ipsiq; Romæ infesto cum exercitu immineret, studio sancti Papæ Gregorij & suffragio Theodelindæ religiosæ Reginae, pax vniuersa effecta est.

599. Quintrio Dux, instigante Brunihilde, peremptus est. Per hæc tempora Agilolfus Rex nonnullos Ducum Longobardorum sibi rebelles, alios occidit, alios alijs modis perdomuit: ipse etiam perpetuam cum Theodorico Rege Francorum pacem fecit. Circa hæc etiam tempora Monasterium S. Benedicti in castro Cassino situm, fugientibus ex eo monachis à Longobardis omnino destructum & desolatatum est.

600. Gregorius Papa Lindune & Eboraci Episcopus in Britannia, missis pallio, Metropolitanos esse decernit: in ditione quarta. Clades glandularia Massiliam aliasq; partem illarum ciuitates & Italiam grauiter attriuit. In hac Dunensi aqua repente bulliens & feruens magnam partem decoxit. VVarinharius Maior domus Theodoricus omni substantia distributa obiit.

601. Brunihildis de regno Theodeberti ob scelera sua depulsa, à quodam paupere sola inuenta, & ad Theodoricum Regem, vt rogabat, producta, benigneq; suscepta, eadem pauperi Episcopatum Antisiodorensis impetrauit.

602. Mauritius Imperator R. P. vtilem principem militie faciens, Focam scilicet, eumq; cum exercitu mittens, de Persis & alijs nonnullis gentib<sup>9</sup> triumphauit. Globi ignei & alia signa in celo visa. Theodebertus & Theodoricus fratres ingenti pugna Lothario Rege superato & exercitu eius trucidato atq; fugato, regnum eius diripiunt & inter se diuidunt; modica tantum parte illi, id est 12. comitatibus iuxta littus Oceani cum pacto pacis relictis.

603. Constantinopoli Focas victor de Persis reuersus, Mauritiu Imperatorem, peccata sua in presentia, vt ipse semper orasse fertur, exsoluentem, turpiter interfecit, & ipse imperium arripiens, 8. ann. tenuit. Egilan dux, Brunihilde instigante, sine causa propter diuitias tantum suas occisus est. Theodebertus & Theodericus misso exercitu V Vascanes victos subiiciunt, Corpus sancti Victoris Martyris, qui cum beato Vrso Solodori passus est, apud Genuensem urbem diuina reuelatione in Ioculo argenteo inuenitur, & multis miraculis declaratur. Filius Agilolfi Regis Adaloaldus baptizatur, & a seruo Dei Secundo Tridentino Episcopo de fonte suscipitur.

604. In Britannia Edilfeidus Rex Anglorum Edanum Regem Scotorum insulam petentem forti profligato exercitu pugna vicit. Etherius Lugdunensis Episcopus obiit, eique Secundinus successit. Ipseq; Arridius Agilolfus Rex Cremonam & Mantuam captas diruit aliasq; prouincias vastauit. Et Romani reddita illi, qua prius capta erat, filia eius pacem ab eo ad tempus acceperunt.

605. Beatus Papa Gregorius & doctor sanctissimus migravit ad Dominum, Indictione 8. post quem cessante Episcopatu mensib. plus 5. Fabianus Papa LXVII. sedit anno vno mensib. 5. & post hunc item cessauit Episcopatus anno ferme vno. Quare de Constantinopoli legatio imperialis expectatur.

batur. & hoc anno synodus nefaria Cauillanis congregata. Et beatus Desiderius Viennensis Archiepiscopus, machinante Brunihilde, quia scelera eius arguebat, depositus in exilio deputatus, & in locum eius Domnufus subrogatus est. Sol obscuratus est. Hyems nimis sæua magnam vinearum partem perdidit.

606. Fames Romæ facta. & pax cum Longobardis in annum vnum pro 12. millibus solidorum condita est. Prothadius, qui cum Brunihilde inter alios plures concubuerat, dux effectus est. Lotharij exercitus contra pactum, regnum Theodoricum inuasit, & Berchvvaldum Maiorem domus, virum strenuum & pium fugatum Aurelianis obsedit. Filius Agilolfi Adaloaldus coram patre Rex à Longobardis effectus & electus; & desponsata ei filia Theodeberti. pax perpetua cum Francis facta est. Mense Aprili & Maio comæ visus est.

607. Theodericus exercitum Lotharij pugna inita victum fugavit: In qua tamen Berchtoaldus Maior domus audax inter hostes progressus occubuit. pro quo Prothadius molimine Brunihildis promouetur. Theodebertus & Lotharius cum exercitibus collectis hostiliter conuenirent, facta inuicem pace digressi sunt. Theodericus instigante Brunihilde & Prothadio contra fratrem Theodebertum armamur, cumq; infestis exercitibus cōcurrere pararent, ceteris pacem persuadētibus solus obfisteret Prothadius, eo impetu militum in tentorio Regis trucidato, fratres ab inuicem pace facta discedunt.

608. Romæ Bonifacius III. Papa LXIIX. sedit mensibus fere 9. post quem item cessauit Episcopatus mensibus 10. Hic quia Constantinopolitana Ecclesia primā se scribebat, apud Focam Augustum obtinuit, vt Romana Ecclesia omnium caput Ecclesiarum decerneretur. Hic quoq; synodum 74. Episc.

Episcoporum Romę collegit. In regno Theoderici Claudi-  
 us vir prudens & pius pro Prothadio efficitur Maior domus.  
 609. Romę Bonifacius quartus Papa LXIX. sedit ann. 6.  
 mensibus 8. & post hunc Episcopatus cessauit mensibus 7.  
 Hic apud Focam Augustum templum omnium idolorum,  
 quod Pantheon vocabatur, obtinuit, & in honore omnium  
 Sanctorum dedicauit 3. idus Maij, & S. Marię ad Martyres  
 appellauit, festiuitatemq; omnium Sanctorum Calendis No-  
 uembri celebrari constituit. Cuius tempore fames & pesti-  
 lentia & inundatio aquarum immensa acciderunt. Vncile-  
 nus Dux ob mortē Prothadij, instigante Brunihilde, à Theo-  
 derico pede truncatus est, & facultatibus spoliatus. Itemq;  
 Volsus patricius occisus est. Ipse Theoderic⁹ Ermenbergam  
 de Hispanijs, filiam Betterici Regis Gothorum, coniugem  
 sibi adductam, eiusdem Brunihildis suasu, ne honor suus  
 vilesceret timentis, non vxorem accepit, sed repudiatam &  
 expoliatā post annū remisit. Beatus Desiderius Viennensis  
 Archiepiscopus de exilio reuocatus, factione Brunihildis,  
 Theoderici & Aridij Lugdunensis lapidatus & martyrio co-  
 ronatus, plurimis post mortem claruit miraculis.

610. Bettericus Rex Gothorum, alijs tribus Regibus auxi-  
 lio sibi ascitis, contra Theodericum bellum parat. His tem-  
 poribus Persę bello furentes, multas prouincias Romanis  
 abstulerunt, intra quas ipsam Hierosolymam auferentes, &  
 lica sancta destruentes, inter alia ornamenta & thesauros  
 Ecclesiarum, CRUCEM Dominicam abstulerunt.

611. Heraclianus, qui Africę præerat, Focę Augusto re-  
 bellans, & cum exercitu veniens, regno eum vitaque pri-  
 uauit, & filium Heraclium Imperatorem promouit: Qui  
 accepto Imperio regnauit annis 26. Beatus Abbas Colum-  
 ban⁹ qui cum discipulis suis sancto Gallo & alijs, temporibus  
 Sigiberti Regis de Hybernia veniēs Luxouienſe monasteriū,  
 multis

multis virtutibus coruscans, construebat, cum saepe Theodericum pro sceleribus suis & maxime adulteriis increpans ad legitimum hortaretur coniugium, molimine Brunihildis, reginas ambitiosè execrantis, iussu Theoderici Regis exinde pulsus, sanctum ibi Eustasium pro se reliquit Albatem.

612. Circa hæc tempora beatus Augustinus Anglorum Apostolus & Archiepiscopus & doctor mirificus, migrans ad Dominum. Sanctus Columbanus de Luxouio propulsus, ad Lotharium Regem, inde ad Theodebertum venit, eoq; optione manendi in regno dante, tandem in Alamania Brigantium venit, ibiq; triennio mansit. Contentio inter Theodebertum & Theodericum de regno exorta Theodebertus Alatiã violenter accepit. Alamanni Austeticum pagum & ultra Iuranu petentes victores cum praua reuerfi sunt. Theodebertus coniugem suam peremit & deam duxit.

613. In Hispania mortuo Bettërico Sisebodus Rex Gothoru factus est, vir fortis & pius, qui saepe Romanis militibus congressus, victor pepercit, & captis plerisq; vrbus regnum Gothorum nobiliter ampliauit. Theodericus contra fratrem Theodebertum bellum parans Lotharium Regem patruelem suum promissa quadam prouincia ab auxilio euocare satagit. Circa hæc tempora Hunni, qui & Avars Venetiam petunt & totam prouinciam ferro, igne praelio vastantes, ipsum forum Iulij à Romhilda Gisulfu vidua perditum euertunt, & depopulata prouincia redeunt.

614. Heraclius Imperator Constantinum impetrij confortem fecit. Theodericus & Theodebertus cum infelicibus exercitibus apud Thulense territorium forti pugna conungunt; & magna vtrinq; cæde patrata, Theodebertus vicinam Coloniam aufugit: Quem cum Theodericus odio & inuisa

Bregetz.

per venerabilis viri Iconisij Mogontiacensis Episcopi insti-  
gatione, persequeretur, ille denuo collectis vndiq; viribus  
apud Thulbiacum occurrens confligit, & immensa strage  
hominum facta iterum victus fugit. Theodericus vero Co-  
loniam ingressus thesauros eius ac regnum rapuit, filiumq;  
eius paruulum necari iussit, & ipsum comprehensum ac de-  
confusum Cauillonis misit, nec multo post suspectum habens,  
intelligente Brunihilde, occidi precepit. Quibus diebus bea-  
tus Columbanus de Brigantio pulsus, febricitantem Gallum  
reliquit, ipse que in Italiam veniens & benignè ab Agilolfo  
Rege & Theodinda susceptus cœnobium Bobiense con-  
struxit, Sanctus quoq; Gallus solitudinem cellæ suæ incolere  
cepit.

65. Theodericus contra Lotharium arma parans proflu-  
uio, & vt quidam aiunt, fraude Brunihildis, veneno Mettis  
interijt; & Sigibertus ex concubina filius eius à Brunihilde  
& principibus eius Rex pro eo factus est: nec multo post Lo-  
tharius Rex regnum eius inuasit anno regni sui 30.

66. In Britannia Edilbertus primus Anglorum Regum  
Christianus anno regni 56. obiit: pro quo Eatpolt regnavit  
annis 24. Hoc tempore Isidorus Hispalensis Episcopus cla-  
rus in Hispanijs habetur, qui huc vsq; temporum abbrevia-  
tionem produxit, & multa egregia opuscula edidit. In Italia  
Agilolfus Rex Longobardorum moritur: pro quo filius A-  
doloaldus cum matre Theodelihda regnavit annis 10. A-  
pud Francos Sigibertus Rex cum contra Lotharium exer-  
citus collegisset, à suis desertus & ab hostibus captus, vna  
cum fratribus iussu Lotharij peremptus est: à quo etiam  
Brunihildis ipsa indomitis equis alligari iussa & ab eis dis-  
cerpta, digna tandem morte perijt: & Lotharius Monarchi-  
am regni accepit.

67. Romæ Deusdedit Papa LXX. sedit annis 4. mense  
R r r fere

ferè vno, qui clerum & sacerdotes dilexit, eisq; sumptus ex-  
xit, cuius tempore Eleutherius patricius Rauennam ven-  
ens Ioannis patricij peremptores occidit. Item Neapolitani  
alij in locis tyrannis occisis pacem Italiæ reddidit. In Bri-  
tannia Ediuinus occiso Edilfrido & filijs eius in Hyber-  
am fugatis regnum illius per annos 17. egregiè rexit.

618. Terræ motus ingens factus est, & clades scabiola sub-  
secuta populum fœda morte attriuit, ita vt mortui non pos-  
sent agnoscere. Hierosolyma inter alias Palæstinæ ciuitates  
Chosdroë Rege Persarum capta, & Crvx Dominica in Per-  
sidem abducta est.

619. Lotharius Rex VVarinharium, cui aliquantulum in-  
fensus erat, suffragantibus multis in gratiam recipiens in  
principatu Maioris domus confirmauit.

620. Romæ Bonifacius V. Papa LXXI. sedit ann. 5. Vt  
valde mitis & pius. Eleutherius patricius tyrannidem  
regnum affectans, in Italia à militibus peremptus est, & ce-  
pit Constantinopolim missum. In Britannia defuncto  
Laurentio Archiepiscopo Mellitus successit. Magus  
dat magus genere Persa ad fidem Christi conuersus est  
Anastasius dictus; Hierosolymæ mirè sanctitatis monachus  
effectus est.

621. Lotharius Rex acceptis amplis muneribus, Leo-  
gobardis petentibus, 12000. solidorum auri, quos annuatim  
pro inuasa quondam Burgundia Francis persoluebant sub  
nomine tributi, \* quibus consiliantibus dimisit.

622. Gertrudis Regina vxor Lotharij Regis ipsi & omni-  
bus pro pietatis & morum excellentia nimium amabilis obiit.

623. His temporibus beatus Adtala & post hunc Perpho-  
sus Bobienses Abbates; in Almannia quoq; beatissimus Gal-  
lus virtutibus claruerunt.

624. In Britannia defuncto Mellito Iustus substitutus est, qui sequenti anno beatum Paulinum ordinans Episcopum. Anglis illis, qui adhuc Pagani erant, prædicatorem & doctorem misit. Lotharius Rex Francorum año regni sui 39. Dagobertum filium consortem fecit, & beato viro Arnolfo Pipinoque Duci commendatum, ad regendum Austrifrançie dirigit regnum.

625. Romæ Honorius Papa LXXII. sedit annis 13. qui multis bonis studens, Ecclesias plures adornavit, renouavit, extruxit, fecit Basilicam sanctæ Agnetis via Numentana. Item sancti Apollinaris in porticu sancti Petri. Item sancti Quiriaci via Hostiensis. Item quatuor Coronatorum. Item sancti Seuerini Tiburtina vrbe. Item sancti Pangratij via Aurelia. Item sanctæ Lucie. Item sancti Adriani, & alia multa laudabilia patrauit.

626. Sormo quidam Francus negotiator dum cum alijs ad Sclauos venisset, eisq; contra Hunnos, qui & Auares, bellum mouentes fortissimè pugnans, adiuuisset, ipsi victoriam nacti, super se Regem illum eligunt, vbi multis clarus victorij 35. ann. fœliciter regnum tenuit. Hic ibi 12. vxores habuit, & ex eis filios 22. filiasq; 15. accepit. In Italia Adaloaldus Rex Longobardorum cum in amentiam Græci cuiusdam legati malefico vnguento versus nonnullos Principum peremisset, depositus de regno non multo post veneno extinctus est: Post quem Harialdus Rex factus annis 7. regnavit. Hic Gundabergam filiam Agilolfi habuit vxorem.

627. In Britannia Edvvinus Rex Anglorum à Paulino Episcopo conuersus cum gente sua baptizatur, anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 180. Discordia inter Lotharium Regem & filium eius Dagobertum incepta, beato Arnolfo alijsq; principibus mediantibus sedatur.



628. Beatus Anastasius monachus multa pro Christo tormenta passus tandem in Perside à Rege Chosdroë cum alij 70. strangulatus martyrium compleuit. Ipso anno Heraclius Imperator Persidem petijt victoq; & occiso Chosdroë cum infinita præda crucem Dominicam triumphans Ierosolymam reuexit. Apud Francos VVarnharius Maior domus moritur. Et Godinus filius eius nouercam suam vxorem accipiens, Lothario persequente, per diuersa fugitans, postremo peremptus est.

629. Lotharius Rex magnum de toto regno suo Clippiam habuit conuentum: vbi magna dissensio & tumultus exortus, vix tandem studio Regis sedatur.

630. Lotharius Rex Francorum fortis, pius & religiosus anno regni 45. defunctus, & Parisijs in Basilica S. Vincenti sepultus est. Eius regnum Dagobertus accipiēs, cum iam 6 annis regnaret, 10. annis postea rexit, modica tantum parte iuxta VValcones & Pireneum fratri Hariberto cōcedit.

631. Dagobertus Rex sancto Arnolfo Mettensi Episcopo, & Pipino Duce Maiore domus, Chumbertoq; Coloniensi Archiepiscopo vtens consiliarijs, nimio iustitiæ grauit amore, & Rex per omnia laudabilis extitit. Postea verò propria secutus consilia multum ad exteriora declinare cœpit; vxoreq; Gomadruda repudiata Nanthildem quandam de Monasterio puellam accepit vxorem.

632. Heribertus Regulus frater Dagoberti VValconiam inuadens suo eam regno adiecit. Dagobertus ex quadam concubina Sigibertum filium genuit. Pax perperam inter Heraclium Imperatorem & Dagobertum, legatis mediantibus, pacta est: & petitione Imperatoris, qui imperium suum à gente circumcisa vastandum præcognouerat, Iudæi multi in regno Francorum, sicut & alibi in Romano imperio, profligati sunt, Nec multo post secutis temporibus

crudelissima Saracenorum gens & ipsa circumcisa multas  
provincias inundans vastavit, & Romanum exercitum cre-  
bris prælijs trucidatum vehementer attriuit.

633. In Britannia Edvvinus Rex Anglorum pacificus &  
pius à Ceadvalda & Penda paganis Regibus victus & per-  
emptus est. Post cuius mortem, filij Edilfridi de Scotis re-  
uerſi, regnum quondam patris sui arripiunt. E quibus duo à  
Christi fide, quã apud Scotos didicerant, apostatantes, intra  
vnum annum pereunt. Apud Francos Heribertus Regulus  
frater Dagoberti moritur, & regnum eius Dagobertus fra-  
ter cum thesauris accipit. Tres exercitus à Dagoberto con-  
tra Samonẽ & Sclauos diuersis partibus missi. Vnus Franco-  
rum victus, duo Sueuorum & Longobardorum victores re-  
dierunt.

634. Calamitosus fuit iste annus Anglis, tam Regum apo-  
stasia & perditione, quàm barbarica & crudeli, quàm à Ce-  
advalda pertulerant vastatione. Sed statim Osuuald tertius  
filius Edilfridi Christianissimus paucis collectis in Domino  
confisus, & adorata quam erexerat lignea cruce, audacter  
cum Ceadvalda pugnam iniuit; eoq; victo, prouincia &  
fratribus vindicatis, paternum regnum 8. annis plenus pie-  
tate nobiliter rexit. Samo cum Sclauis Turingiam vastat.  
Saxones Sclauis se resistere pollicentes, tributo 500. vacca-  
rum, quas Francis annuatim soluebant, à Dagoberto absol-  
uuntur. In Italia mortuo Harialdo Rege Longobardorum,  
Rotharius à Gundeburga maritus assumptus & Rex electus  
regnauit annis 13.

635. Per hæc tempora cum Sergius Constantinopolitanus  
annitère Cyro Alexandrino, hæresim Acephalorum instau-  
rans, vnam in Christo Diuinitatis & Humanitatis voluntatẽ  
& operationem dogmatizasset, ipsumq; Imperatorem sedu-  
xisset, ab Apostolica sede damnatus est. Sclauis cum Samo-

ne Turingiam & confines pagos incurfantibus, Dagobertus filium suum paruulum Sigibertum, Pipino & Adalgsio ducibus & Chuniberto Archiepiscopo Coloniensi commendatum Austrifrançiae Regem fecit; eiq; sedem Metis dedit principibusq;, vt terminos regni Orientalis deinceps tenerentur, persuasit.

636. Dagoberto Regi Clodoueus seu Ludouicus et Nanthilde Regina fili<sup>o</sup> nascitur; Cui non multo post regnum suum Occidentale destinauit & confirmauit. Ratholfus Dux Thuringie Sclauis sepe congregiēs victor eos fugabat. Vnde elat<sup>o</sup>, vt Regi suo rebellare tētare, sensim animos attollebat.

637. Constantinopoli Heraclius Imperator à Sergio Constantinopolitano Episcopo in heresin, vt aiunt, prius ductus moritur: pro quo filius eius Heraclonas cum matre Martina annis duobus imperat. Per hæc tempora Rotharis Rex Longobardorū, quamuis Arrian<sup>o</sup>, iustitię tamē amator, leges Longobardorū scripsit. Ipse etiam nonnullas Romanorum vrbes cepit, & Rauennatibus pugna conflixens, octies millia occidit reliquosq; fugauit.

638. Romæ defuncto Papa Honorio cessauit sedes Apostolica ann. 1. menses 7. dies 14. Quia Constantinopolitana auctoritas imperialis morte principum nutabat, quo tempore Lateranensis thesaurus à Mauricio Chartulario & Hilario patritio Exarcho Italię direptus & distractus est. V Vascones rebellare tentantes, misso à Dagoberto exercitu perdomiti sunt. Britonum Rex ad Dagobertum veniens humiliter satisfecit & pace impetrata redijt.

639. Constantinopoli mortuo Heraclona Imperatore frater eius Constantinus regnauit menses 6. In Britania Eadvald Rex Cantuariorum Anglorum decessit, eiq; filius Eadcharnbertus successit, ann. 25. V Vascones à Dagoberto populi rebellione sua veniam precantur & impetrant.

640. Constantinopoli post mortem Constantini Imperatoris filius ipsius Constantinus, qui & Constans, regnavit annis 28. Romæ Seuerinus Papa 73. sedit mensib. duobus, diebus quatuor, vir sanctus, mitis & pius: post quem cessavit Episcopatus mensibus quinq;. Dagobertus Rex anno regni 16. moritur, & in suburbano Parisiaco in monasterio sancti Dionysij summo studio à se constructo, ornato, & dicato & ad institutionem Agaunensis monasterij ordinato sepelitur, cum quo pariter regni Francorum virtus & dignitas collapsa paulatim deficiebat. & pro eo filij eius Sigibertus & Ludovicus regnum patris obrinuerunt.

641. Romæ Ioannes IV. Papa LXXIV. sedit anno 1. mensibus fere 10. qui missa multa pecunia multos captiuos in Histria & Dalmatia à barbaris redemit: & Basilicam sanctorum martyrum Venancij, Anastasij & Mauri construxit & ornauit. Ludovicus seu Clodoueus infans regnante matre Nanthilde regno Occidentali præponitur. In Hispania Sentila Rex Gothorum moritur: pro quo Tholga puer regnum accepit: quo non multo post deposito & detonso Chinthasindus regnum assumens, superbiam Gothorum, trucidatis primoribus, nimis humiliavit.

642. Romæ Theodorus Papa 75. sedit annis 6. mensibus fere 6. Hic corpora sanctorum Primi & Feliciani leuauit, & in Basilica sancti Stephani protomartyris sepelivit, Ecclesiam sancti Valentini via Flaminia, Oratorium sancti Sebastiani Lateranis, Oratorium sancti \* Cupli ante portam sancti Pauli fecit & inter alia bona constans in fide hæreticos damnauit. In Brittania Osvald Rex Anglorum piissimus pro patria contra Pendanum Regem Meritorum paganum pugnans occubuit & plurimis post mortem miraculis claruit, pro quo frater eius Osui regnavit ann. 28.

643. Hoc

643. Hoc tempore Mauritius Chartularius tyrannidem affectans missis ab Hifacio patricio militibus Romæ comprehensus & abductus iuxta Rauennam decollatus est. Nec multo post ipse Hifacius morte apud Rauennā periit & pro eo Theodorus Italiae Exarchus ab Imperatore missus est. Ega maior domus Ludouici, vir strenuus & religiosus obiit: Post quem Erchoualdus item vir laudabilis Maior domus efficitur.

644. Sanctus Paulinus Eboracensis Episcopus & doctor Anglorum anno Episcopatus 20. migravit ad Dominum 6. Idib. octobris. Pipinus Maior domus & Dux Sigebertus iustitiæ & pietatis amator eximius obiit; post quem filius eius Grimoaldus Maior domus effectus est.

645. Hoc tempore Pyrrhus Constantinopolitanus Sacerdos & in sede & in hæresi successor cum à Theodoro Papa eisdem damnatus, ex Africa Romam venisset, & fictam penitentiam satisfactionemq; simulasset, benignè susceptus & reconciliatus est. Postea verò domum reuersus & errorem repetens denuo ab ipso Papa depositus, damnatus & anathematizatus est.

646. His temporibus beata virgo Gertrudis, filia Pipini soror Grimoaldi Maioris domus, Niualensis cœnobij matris virtutibus claruit. Huius soror Begga & ipsa scœmina religiosa Ansgiso sancti Arnolphi filio nupsit, cui etiam Pipinum maiorem peperit.

647. His temporibus cum Paulus Constantinopolitanus Pyrrhi successor hæresin non solum non dimitteret: ipsius Imperatorem cum alijs seduceret, sed eam magis augmentaret, nec à domno Papa admonitus & increpatus resipisceret, & ipse identidem damnatus est. In Italia mortuo Roderico Rege Longobardorum Rodoaldus filius eius regnavit annis quinq;.

648. His Constantis Imperatoris tēporibus gens Sarace-  
 norū crudelissima Palęstinā, ipsamq; Ierosolymam, vtramq;  
 Egyptū, Alexandriam vrbe[m] & magnam Africę partem a-  
 hasq; plures puincias Romani imperij vastauit atq; diripuit.

649. Romę Martinus Papa 76. sedit ann. 6. mensibus fe-  
 re duobus. Quo tempore Paulus Constantinopolitanus ipso  
 Imperatore Constante seducto legatos Apostolicę sedis se  
 pro heresi arguentes carcerib<sup>9</sup>, exilijs, & diuersis modis affli-  
 xit, Catholicis vbicunq; potuit non modicam persecutio-  
 nem concitauit.

650. Martinus Papa indictam nonam Synodum Romę  
 109. Episcoporū colligit, in qua Cyrum, Sergium, Pyrrhum,  
 Paulum, cum sequacibus erroris condemnat.

651. In Britannia Osuui Rex pius ab Osuui Rege fugatus  
 pugna ad quendam suorum cui fidem habebat, venit, a quo  
 statim proditus ab Osuuo Rege cognato interfici iussus est.  
 Ipso anno beatus Aidanus Scotigena Episcopus, & doctor  
 Anglorum 2. Calend. septemb. decessit. In Italia mortuo  
 Rodoaldo Rege Longobardorum Haribertus filius Gundo-  
 aldi fratris Theodelindę Reginę regnat annis 9.

652. Hoc tempore Olympius Exarchus à Constante Im-  
 peratore in Italiam missus cum Domnum Papam ac cęte-  
 ros in fide Catholica vnanimis deprauare, eisq; nocere non  
 posset, frustra; ipsi Papę diuinitus protecto insidias para-  
 uisset, cum eo tandem pacificatus, collecto exercitu Sici-  
 liam contra Saracenos ingreditur: vbivicto caesoq; ab ipsis  
 exercitu Romano, tædio morboq; confectus moritur.

653. In Britannia Honorius Anglorum Archiepiscopus  
 obiit, pro Deo dedit annis 10. pręfuit.

654. In Britannia mediterranei Angli ad fidem Christi  
 conuersi sunt. Beatus Papa Martinus iussu Constantis hæ-  
 retici Imperatoris à Theodoro Exarcho ad hoc misso Romę  
 in Ba-

in Basilica Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, comprehensus & Constantinopolim adductus, cum flecti nullatenus posset, exilio in Cersonam damnatus est.

655. Martinus Papa in exilio migravit ad Dominum, ubi que sepultus, postea miraculis claruit: pro quo Romæ Eugenius LXXVII. ordinatus sedit ann. 2. mensibus terdecim, vir benignus & mitis & pius. In Britannia Pendani Rex Merciorum paganus ab Osuvi Rege sancti Osvaldi fratre pugna victus interijt. Et gens Merciorum Christi fidem accepit.

656. Petrus Constantinopolitanus quasi satisfaciens pro fide sua misit Romam Synodicam epistolam, valde obsecram & dubiam: sed à Domno Papa & Ecclesia Romana non est accepta.

657. Romæ Eugenio Papa defuncto cessavit Episcopatus mensibus ferè duobus.

658. Romæ Vitalianus Papa LXXVIII. sedit annis 11. mensibus 6. quilibet ex more Constantinopolim missus sede confirmatus Ecclesiam Romanam insigniter rexit.

659. In Britannia Vulphere filius Pendani Rex Merciorum effectus regnavit an. 17. Constantinus, qui & Constantinus Imperator sancto Petro donaria pretiosa Romam misit.

660. In Italia defuncto Hariberto Rege Longobardorum duo filij eius Godabertus Ticini, & Bertharicho Mediolani regnum statuentes, sed non multo post, factione pravorum, odio infando alterutrum regno pellere cupentes dissentiunt. Et Godabertus misso Gumbaldo Duce perfidissimo Grimoaldum virum strenuum, qui iam 25 annis Dux Beneventi erat, auxilio sibi contra fratrem ascivit: qui ab ipso Gumbaldo instigatus Godabertum occidit, & Bertharich ipso terrore fugatus ad Hunnos secessit postquam annum & 3. menses sui regni, Grimoaldusq; arrepto regno Longobardorum annis 9. strenue regnavit.

661. Hoc tempore *Pertharichus* dudum *Rex Longobardorum*, cum de exilio reuersus *Grimoaldi Regis* gratiam petijisset, benignèq; susceptus esset, factione prauorum proxima nocte ab ipso Rege obseruari iussus est, sequenti die perimendus; sed astu, imo fide *Himoldi* amici sui & cuiusdam fidelis vestarij sui, eductus ex vrbe *Ticinensi* ad *Francos* confugit, ibiq; latuit. Hac etiam tempestate *Francorum* exercitus *Italiam* ingressus, cum in castris *Grimoaldi Regis* simulata ab ipso fuga relictis epularetur, ipso irruente ad interuentionem deletus est.

662. *Constantinus*, qui & *Constans* Imperator *Italiam* contra *Longobardos* petijt, & aliquot oppidis eorum captis *Rumoaldum Ducem* filium *Grimoaldi Regis* apud *Beneuentum* obsedit. Sed aduentante *Grimoaldo* cum exercitu territis *Neapolim* repetit, magnaque exercitus sui parte, *Duce Saburro*, cum *Rumoaldo* pugna configente & victa trucidataq; nihil contra *Longobardos* profecit.

663. *Constantinus* Imperator *Romam* venit, & à *Vitaliano* *Papa* honorificè susceptus, toto exercitu cum cereis in *Ecclesiam* intrante, beato *Petro* pallium auto textile obtulit, & actis ibi 12. diebus cuncta pæne vrbis ornamenta abstulit. Inter quæ etiam regulas æreas, quibus *Basilica* sanctæ *Mariæ* ad martyres, quæ *Pantheon* antiquitus vocabatur, tecta fuerat, diripiens in *Siciliam* præmisit, ipseq; suis in *Italia* depredatis, ipsam insulã septima *Indictione* intrauit, ibiq; quinqueñio multa infamis auaritia & nequitia mansit.

664. *Eclipsis solis* 5. *Non. Maij* facta est hora quasi decima. In *Britannia* conuentu ab *Anglis* & *Scotis* acto, quæstio de *Pascha* ventilata, & *Scotis* à *VVilfrido* presbytero rationabiliter victis, seua lues & pestilentia *Britanniam* & *Hyberniam* nimium vastat. Deus dedit *Archiepiscop*º *Anglorum* obiit. *Ceydla* & *VVilfridus* *Nordanumbrorum* *Episcopi* ordinantur.



665. In Britannia Erchanberto Rege Cantuariorum mortuo, Egibertus filius eius regnat ann. 9. Angli ad Vitalianum Papam pro Episcopo & doctore postulatum Romam mittunt. His diebus apud Francos Clodoueus seu Ludouicus Rex iners & infamis, filius Dagoberti, frater Sigiberti, cum Parisijs manens brachium S. Dionysij auferre ausus esset, iracundiam versus est.

666. Hoc tempore cum Lupus Dux Foroiulianus Regi Grimoaldo rebellaret, Hunni, qui & Auares, ab ipso Rege inuitati, Venetiam petunt, & ter pugna victi, quartoque certamine victores, ipso Lupo cum suis occiso, prouincia vastant, donec arte Grimoaldi territi tandem redire coacti sunt.

667. Circa hoc tempus Sclau de Carunto, quod Carantanum dicim<sup>9</sup>, cum exercitu Venetiam vastantes, Duce Vostario cum 25. suorum super eos irruente, pauci ex quinque millibus effugere vix potuerunt.

668. In Sicilia Constantinus Imperator, qui & Constantinus, post multas exactiones & deprædationes per prouincias actas, tandem à suis in balneo occisus interijt, Indictionem post quem Mezecius imperium ibi arripens ab Italico exercitu cum complicibus suis peremptus est. Et Constantinus Constantis filius Constantinopoli Imperator factus regnavit annis 17. Imperator sane Catholicus & pius. Hoc anno Theodorus Archiepiscopus à Vitaliano Papa ordinatus, & cum Adriano Abbate ad Anglos missus, multis in verbo profuit & exemplo. Apud Francos, mortuo Clodoueo seu Ludouico Rege infami, filius eius Lotharius puer regnavit annis 4.

669. Saraceni, qui iam multis depopulatis prouincijs, Aegyptum tenebant, Siciliam hoc tempore inuadentes, magnam hominum stragem faciunt: & deprædata insula; hisque, quæ Constantinus Imperator ibi collegerat, ablati, Alexandria redeunt.

670. In Britannia Osuvi Rex Anglorum frater sancti Oswaldi obiit: pro quo Egfridus regnavit 15. annis. In Italia mortuo Grimoaldo Rege Longobardorum Pertherich de exilio reuersus, regnum paternum magno Longobardorum favore recepit; & per annos 17. magna pietate insignis obtinuit.

671. Per hæc tempora in Italia regnum Longobardorum Pertherich adeptus, summa pace & probitate regebat. His temporibus Childericus frater Lotharij Regis, filius Ludovici, cum ad Austrifrançia regnum vocatus leuiter in eo & crudeliter ageret, à Francis vna cum vxore & filijs trucidatur.

672. Romæ Vitaliano Papa Indictione 15. defuncto, post duos menses Adeodatus Papa 79. sedit ann. 4. mensibus 2. vir valde mitis & pius. Qui & Ecclesias renouauit & ædificia noua construxit. Apud Francos post Lotharium puerum frater eius Theodericus regnat annis 19.

673. In Britannia Egberto Cantuariorum Rege mortuo frater eius Luthere regnavit ann. 11. mensib. 4. Quo tempore Theodorus Archiepiscopus Anglorum synodum vtilem collegit.

674. Circa hæc tempora Alachis Dux Tridentinus, de quodam Comite Norico victoria nacta, elatus, aduersus Pertherich Regem suum rebellabat: sed per Chunibertum Regis filium sæpius reconciliatus & honoribus auctus est.

675. In Britannia Vulthere Rex Mertiorum obiit, pro quo frater eius Ediltred 35. annis regnat, qui sequenti anno Cantiam vastauit.

676. Romæ defuncto Adeodato post menses 4. Donus Papa 80. sedit annis 2. mensibus 5. Qui inter alia bona studia porticum S. Petri marmore strauit: qua æstate immensa

visonitruorum & pluuiarum homines afflixit; & legitima, quæ propter pluuias colligi non poterant, quibusdam in locis renata & ad maturitatem reducta sunt. Cometa per tres menses visus, & magna hominum pestilentia in Oriente subsecuta est.

677. In Italia Pertharich Rex Longobardorum Chumbertum filium suum regni consortem fecit: Cum quorundam annis postea regnauit. Ecclesia Rauennas, quæ Autocephalam sibi usurpans, à Romana desciuerat, Dono Papæ de nouo se subiecit.

678. Romæ defuncto Dono post duos menses Agatho Papa 81. ordinatus sedit annis 2. mensibus 6. vir mansuetus & benignus. V Vilfridus Anglorum Episcopus ab Egeberto Rege sede sua pulsus, multos in peregrinatione sua ad Deum prædicando conuertit.

679. Constantinus Augustus Legationem Romam mittit, & ut pro confutandis hæreticis Synodus Apostolica auctoritate Constantinopoli fieret, postulauit. Agatho Papa Synodum 120. Episcoporum Romæ collegit, & hæreticos unam in Christo operationem dogmatizantes damnauit.

680. Eclipsis Lunæ & magna mortalitas Romæ per aliquos menses facta. Agatho Papa legatos Constantinopolim misit Indiæti. 9. qui honorificè ab Augusto suscepti atque tractati, sextæ Synodo vniuersali 150. Episcoporum præfuerunt, & conuictos rationabiliter hæreticos, unam in Christo voluntatem asserentes & operationem, damnauerunt. Theodorus Archiepiscopus Anglorum item Synodum collegit.

681. Constantinopoli sexta Synodus 150. Episcoporum indiæti 9. mense Februario acta, & Macharius Antiochenus sequacesq; erroris damnati sunt. Quibus damnatis, subiectis plurimè aranearum telæ in Basilica coram omnibus ceciderunt.

runt, hæreticas videlicet nugas deiectas esse portendentes.

82. Romæ defuncto Agathone Papa cessauit Episcopatus anno 1. mensib. ferè 7.

83. Romæ Leo II. Papa 82. sedit mensibus ferè 11. vir per omnia eruditissimus & eloquentissimus ac pijsissimus. qui aliquot Ecclesias renouans dedicauit atq; ornauit. sua decreta fecit; & plurima egregie scripsit, docuit, atq; instituit. Hoc anno 16. die Aprilis in Parasceue tota pene nocte luna eclipsin passa. Egfridus Rex Anglorum misso exercitu Hyberniam insulam sine causa crudeliter vastat. Sanctus Cudbertus Lindisfarnensis Ecclesiæ Episcopus ordinatur: qui pluribus Britanniam virtutibus decorabat.

84. Romæ defuncto Leone cessauit Episcopatus anno ferè vno: post quem Benedictus II. Papa 83. sedit mensibus 10. vir & doctus, pius & beneficus omnibus, Ecclesias restaurans & exornans, & bona iugiter studia sectans. Cometæ apparent, & mons Campaniæ Bobius vltra modum flammæ eructans circumposita exussit. In Britannia Egfridus Rex, cum dissiuadente sancto Cudberto Pictos incaute bello peteret, ab ipsius victus & peremptus interiit: pro quo Aldfridus Rex pius & prudens regnauit annis 19.

85. Romæ post Pascha defuncto Benedicto exactis plus duobus mensibus Ioannes V. Papa 84. sedit anno 1. vir item eruditus & discretus: qui prius Archidiaconus legatus in 6. Synodo Apostolicæ sedis fuerat. Constantino- poli Constantino Imperatore defuncto, filius eius Iustinianus regnat ann. 10. Qui hæresi pollutus, Orthodoxis fuit infensus & prauus. hic etiam cum Saracenis, prouincias plures deuastantibus, data eis multa pecunia, pacem in decennium condixit. In Britannia Luthere Rex Cantuariorum interiit.

86. Romæ defuncto Ioanne post 3. menses Conon Papa 85. ordinatus sedit mensibus 11. vir prouetæ ætatis, summæ  
inno-

innocentiæ, sanctæq; simplicitatis: qui dissentiente in duorum presbyterorum electione clero & populo, tertius postremo ab utrisq; electus est. In Britannia sanctus Ioannes Hagustaldensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus, multis claris miraculis.

687. Romæ defuncto Conone, exactis ferè tribus mensibus, Sergius Papa 86. sedit annis 13. mensibus ferè 9. Hic quoq; dissentientibus in duorum electione partibus, certum Deo volente, electus est. Qui in fide Catholica fortis, persecutionem ab Augusto Iustiniano passus est, & Ecclesiæ multas construxit, renouauit, & exornauit, atq; ditauit; vir uoluit sanctus & omnibus bonis intentus. In Italia defuncto Perthericho Rege Longobardorum Cumbertus filius eius Rex strenuus, mitis & bonus regnauit annis duodecim.

688. Ceadvvald Rex Occidentalium Saxonum, ad fidem Christi conuersus, Romam venit, & in Sabbatho sancto Paschæ à Sergio Papa baptizatus, & Petrus vocatus, inibi in albis defunctus, ab ipso Papa summo honore sepultus, & Epitaphio decoratus est. In regno Francorum Pipinus filius Ansgisi filij sancti Arnolphi Theodericum Regem filium Ludouici in Testritio pugna uicit, & potestatem regni Francorum adeptus, Dux & Maior domus, regnauit annis 17. Interim tamen Hilderico & Dagoberto regale nomen & dignitatem habentibus.

689. Circa hæc tempora in Italia Alachis Dux tyrannidem inuasit, & Papiam occupata, Regeq; Chuniberto in Italia Comacina, quia copiâ militum impar erat, se committente, cunctos & maximè clericos crudelis insequitur.

690. Theodorus Venerabilis Anglorum Archiepiscopus anno aduentus sui in Britanniam 23. ætatis verò 88. decretum qui inter alia bona librum pœnitentialem magna discrecione conscripsit.

691. Apud Francos Theodericus Rex anno regni 19. moritur: pro quo filius eius Ludovicus puer à Pipino & Francis Rex solo nomine factus, annis regnavit duobus.

692. Hoc tempore Chunibertus Rex Longobardorum, recepto Dei gratia regno, votis omnium, pugna victo & perempto Alachiso tyranno, optata suis deinceps pace regnavit.

693. Apud Francos post Ludovicum frater eius Hildibertus, Regis nomen adeptus, regnavit annis 17.

694. His diebus duo Angli presbyteri Niger & Albus Zebald, studio diuini verbi accensi, dum Saxonibus prædicarent, à quibusdam rusticis martyrio coronati sunt, & diuinis miraculis declarati à Pipino Colonia tumulati sunt.

695. Constantinopoli Iustinianus Imperator hæreticus à Leone & Tiberio alijsq; coniuratoribus iniurijs affectus abscissis naribus regno pulsus, exul in Pontum secessit: & Leo arreptum imperium annis 3. obtinuit.

Vir sanctus Villibrordus à Sergio Papa Archiepiscopus ordinatus, & Clemens vocatus, genti Frisonum verbum vite prædicans, plurimis salutem fuit.

696. In Britannia prouincia Nardanumbrorum quidam Druthelinus corpore raptus, & horrendis iocundisq; visis, vite redditus districtissimam & sanctam deinceps duxit vitam. Hoc tempore Sergius Papa, Domino reuelante capsam cum portione Dominicæ Crucis inuenit.

697. In Britannia sanctus Cudbertus ex Anachoreta Episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum: Cuius vitam Beda presbyter & ipsam hexametris versibus edidit. Ipso anno Ostric Regina à suis perempta est.

698. Constantinopoli Tiberius imperium inuadens, Leonem Imperatorem 7. annis, quibus ipse post hunc regnavit, in carcere tenuit.

699. Hoc tempore Synodus Aquilegiensis facta, & quidam, qui Concilium V. Vniuersale noluerunt recipere, à Sergio Papa correcti sunt.

700. In Italia Chunibertus Rex Longobardorum, fortis & pius, moriens, filio paruulo Luitperto regnū relinquens, eiq; tutorem Asprandum, virum prudentem & strenuum dedit. Sed post octo menses Taginbertus Dux, Gorabertus dudum Regis filius, Luitperto cum suis pugna victo, regnum sibi vsurpauit; sed eodem anno mortuus est: cuius filius Haribertus susceptum à patre regnum 12. ferè annis obtinuit: Qui denuo Luitpertum cum suis vicit, fugauit, cepit atq; peremit.

701. Romæ defuncto Sergio Ioannes VI. Papa 87. sedis annis tribus, mensibus 2.

702. In Italia his diebus cum Heribertus reliquis inimicis victis & subactis, Asprandum infestus sequeretur, illi Heribertus impar, primo Clauennam, inde ad Theodebertum Baioariæ Ducem confugit, ibiq; nouem annis mansit.

703. Beda presbyter Anglus, vir doctus vsq; huc Chroicam minoris libri de temporibus perduxit.

Hoc tempore cum Gisulfus Beneuenti Dux Campaniam vastaret, & captiuos educeret, eiq; nullus resisteret, Ioanne Papa, postulante pacem, donaria accipiens, captiuos reddidit pacemq; fecit.

704. In Britannia Ediltred Rex Merciorum regnum suum Coenredo tradidit, & ipse factus est monachus.

705. Constantinopoli Iustinianus Imperator auxilio Tebelli Regis Vulgarorum, imperium recipiens, Leonem & Tiberiū, imperij peruasores, cum alijs multis occidit. Gallicinum Patriarcham excecatum Romam misit, & in locum eius Cyrum Abbatem, qui se in Ponto exulem aluerat, promouit. De hoc Imperatore fertur, quod quoties de reuocanda

naribus profuuium deterferit, p̄ne toties aliquem de inimicis suis perimi iusserit. Romæ Ioannes 7. Papa 88. sedit annis duobus, mensibus ferè 8. vir facundus, & eruditus. In Britannia Alfridus Rex Nordanumbroꝝ, vir pius & prudens obiit; & pro eo filius eius Ofredus annis 11. regnavit. Sanctus Beddi Episcopus Occidentalium Saxonum obiit: pro quo Daniel & Aldhelmus Episcopi facti sunt.

706. Ioannes Papa Oratorium sanctæ Mariæ ad sanctum Petrum construxit & ornauit, & plures ad Ecclesias ornatus impendit.

707. Hoc tempore Haribertus Rex Longobardorum possessionem Alpium Cottiarum, dudum à Longobardis captam atq; detentam, per priuilegiũ aureis literis scriptum S. Petro Ioanniq; Papæ reddidit.

708. Romæ Sisinnius Papa LXXXIX. ordinatus ingravescente podagra 20. tantum diebus superuixit: post quem Constantinus Papa XC. effectus, sedit annis 7. diebus 15. vir valde mitis & pius, & omnibus studijs intentus & stabilis. Aldhelmus Episcopus vir doctus & eloquens profa metroq; ficeret, obiit.

709. Cœnredus Rex Merciorum & cum eo Offa iuuenis Regius filius Sigiheri Regis, relictis regnis Romam veniunt, ibiq; monachi effecti mortalem non multo post vitam finire. V Vilfridus Episcopus venerabilis anno Episcopatus 45. post exilia multosq; labores obiit; eiq; Acca in Hagustaldensi Episcopatu successit.

710. Adrianus Abbas venerabilis anno, ex quo à Vitaliano Britannia cum Theodoro Archiepiscopo missus est 41. obiit. Hildebertus Rex Francorum filius Theoderici moritur anno regni 17. pro quo Dagobertus annis 5. regnavit.

711. Constantinopoli Philippicus Imperator factus, Iustinianum Imperatorem occidit, & ipse annum vnum



& 6. menses regnat, catholicos persequens & hereticos fauens.

712. Heribertus Rex Longobardorum moritur: post quem Luidprandus.

713. Constantinopoli Anastasius Philippicum oculis & regno priuauit, & ipse annos 3. regnauit.

714. Anastasius Imperator missis Constantino Papae literis, se Catholicæ fidei fautorem declarauit. Pipinus filius Ansgili, nepos sancti Arnulfi, Maior domus, & Dux Francorum 27. obiit: pro quo filius eius Carolus, ex supradicta vxore Alpheide natus, regnat annis 27. Romæ defuncto Constantino Papa Gregorius II. Papa XCI. sedit annorum menses 9.

715. Carolus è Custodia, in quam eum Plidrud vidua patris sui coniecerat, diuino auxilio liberatus, contra Radegundum Fresonum Regem cum sui damno exercitus pugnat. Dagobertus iunior filius Hildeberti, Rex Francorum moritur: pro quo Hilpericus qui & Daniel.

716. Egbertus vir sanctus, natione Anglus, inter alia bona sua Scotos legitime Pascha celebrare docuit. Constantinopoli Theodosius Imperator factus, annu vnum regnauit, qui Anastasium Imperatorem victum pugna, presbyterorum ordinari fecit. Helpericus Rex & Reginfridus Maior domus, regiones regno contiguas vastantes, à Bladuda, vidua Pipini, muneribus auocantur. Apud Anglos Godfred Nordanumbrorum Rex anno regni II. obiit.

717. Romæ Tiberis supra modum inundans multa subuertit ædificia. Carolus Hilpericum & Reginfredum apud VViciacum, Dominica Palmarum, pugna victos fugauit. Hoc tempore VVinfridus, qui & postea Bonifacius, gentem Anglus Germaniæ gentibus verbum salutis prædicat, & auctoritate Gregorij Papæ II.

718. Constantinopoli Leo Imperator annis 9. regnavit, cuius tempore Saraceni, qui iam multas peruaserant prouincias, triennio ipsam urbem obsidentes diuino tandem auxilio fame, peste, ferro naufragioq; repelluntur. Carolus receptis à Blidrudra patris sui thesauris Lotharium sibi quendam Regem constituit. & inita rursus pugna Helpericum & Reginfredum vnà cum Eudone duce Aquitaniæ, auxilium eis ferente, victo, fugauit.

719. Helpericus ab Eudone, ad quem confugerat, Carolo repositus redditus est. & Lotharius Rex mortuus est. Sanctus Bonifacius à Gregorio Papa Mogontiæ Archiepiscopus ordinatus, multis populis & gentibus verbo & exemplo profuit.

720. Mortuo Helperico, Theodericus filius Dagoberti, Rex à Carolo constituitur. S. Othmarus cellæ S. Galli primus Abbas constitutus, cœnobiale inibi vitam instituit, & 40. per annos nobiliter rexit.

721. Carolus item Reginfredum vicit, Andegauis urbem vi cepit, Saxones bello superauit. S. Ioannes Hagustaldensis Episcopus obiit.

722. Carolus Alemanniam & Baioariam armis subegit.

723. Alamanni & Baioarij item Carolo rebellant.

724. Carolus transito Ligere, Aquitaniam vastat; Eudonem duces pugna victum fugat.

Sanctus PIRMINIVS Abbas & Chorepiscopus, à Berchtoldo & Vehi principibus ad Carolum ductus, Augiæq; in sile ab eo prefectus, serpentes inde fugabat & cœnobiale inibi vitam instituit tribus annis.

725. Saraceni ab Eudone in auxilium euocati Gallias præda & incendio vastant.

726. Carolus inita pugna magnam Saracenorum multitudi-

*Adoram hæc  
erant: Augia  
maior, alias  
Simbla Auu-  
gia, mundatur  
& inhabitatur.*

tudinem vna cum Rege eorum victor prostravit.

727. Carolus Burgundiam petens sibi eam subiecit. Sanctus Pirminius ob odium Caroli à Theodebaldo Gotifridi Ducis filio ex Augia pulsus Eutonem pro se constituit Abbatem, & ipse Alsatiam, alia instructurus cœnobium, petijt.

728. Eudo Dux moritur. & Carolus Aquitaniam sine bello recipit.

729. Carolus Fresiam inuadit, Poponem Ducem pugnatum occidit, fana incendit, & victor redijt. Sanctus Egbertus Anglus presbyter obiit, ætatis anno 90. die Pasche.

730. Saraceni collecto exercitu Auinnionem urbem capiunt, regionesq; circumquaq; deuastant. Landfridus Dux Alamanniæ moritur.

731. Carolus Auinnionem, victis & cæsis Saracenis, in expugnatam recipit. Beda presbyter & monachus, natione Anglus, Doctor mirificus, obiit. Romæ Gregorius III.

Papa 92. sedit annos 10. menses 9. Tria Cœnobium, id est, Altaia, Morbach, & Fauarias ex Augensibus fratribus instructa sunt, duodenis ad singula fratribus deputatis, & eisdem Augiæ remanentibus.

732. Carolus Gothiam inuadens, Regem Saracenorum Narbone inclusum obsidet. Euto Augiæ Abbas à Theodebaldo ob odium Caroli Muraniam relegatus: sed eodem anno pulso Theodebaldo à Carolo restitutus est.

733. Exercitus Saracenorum de Hispanijs Narbonam inperueniens à Carolo commissa pugna ad internecionem deletur.

734. Saraceni item à Carolo pugna victi fugientes in fragio periere. Augiæ Euto Abbas post 7. annos Kebam locustorem relinquens, ipse Argentinæ Ecclesiæ Episcopus à Carolo promotus, non longè post sui nominis idem Ethelheim Cœnobium construxit.

735. Caro

*Handwritten notes in the left margin:*  
HENG  
S  
S  
S  
S

*Ad oram hec erant: Aitha inferior, Morbach, Phannia Pfeffers.*

*Small handwritten notes in the left margin:*  
ad marit  
sigul  
-m  
-m  
-m  
-m

735. Carolus item victis & protritris Saracenis cum præda magna & captiuorum multitudine victor reuertitur.

736. Carolus Gothos petijt, & nonnullas vrbes eorum & castella diruens, victor redijt. Audonius Episcopus obiit. Augia defuncto post duos annos Keba, Ernfredus monachus Augiæ Abbas & Constantiæ Episcopus factus præfuit annis 10.

737. Carolus Saxones victos tributarios fecit.

738. Carolus prouinciam petens Maurontem Ducem, qui Saxones inuitauerat, fugauit.

739. Carolus totam prouinciam suæ subiecit ditioni.

740. Victis circumquaque hostibus pax & quies regno Francorum per Carolum facta.

741. Romæ Zacharias Papa 93. sedit annos 10. menses 4. Carolus post multa fortiter facta moritur Carisiaci & apud sanctum Dionysium sepelitur: pro quo filius eius, diuiso inter se regno Francorum, Maiores domus præfuerunt; Carolomannus annis 6. Pipinus annis 10.

742. Carolomannus & Pipinus rebellare molientem Humaldum Aquitaniæ & Theodebaldum Sueuiæ duces celeriter comprimunt.

743. Ipsi Duces Odillonem Baioariæ Ducem sibi rebellantem prælio vincunt.

744. Carolomannus cum Odillone Duce pacem facit. Fuldense Cœnobium in saltum Bochonia à sancto Bonifacio Archiepiscopo fundatum est. *Fuld.*

745. Carolomannus cum fratre Saxoniam rebellantem vastauit. Heseburg castrum cepit.

746. Karolomannus Alamannos iterum rebellare conantes comprimit. Sanctus Bonifacius annuente Carolomanno, auctoritate Zachariæ Papæ duos in parochia sua episcopus facit VVirtznburgensem scilicet, cui sanctum Burgchardum; & Eichstetensem, cui sanctum VVilibaldum compro- *VVirtznburg  
Aichstet.*  
uincia-

Adoram erat:  
Sidonius ne-  
quam.

uinciales suos primos Episcopos ordinauit. Sidonius Augia-  
monachus, quintus ei loco Abbas, Constantiæq; Episcopus  
factus, præfuit annis 13. qui cellam quoq; S. Galli ambiens,  
iniquis principibus in damnatione sancti Othmari Abbatis  
consensit.

747. Carolomannus diuino amore tactus mundo abren-  
nunciavit, & Romam pergens mutato habitu monachum  
in castro Cassino ad sanctum Benedictum fecit.

748. Gripho ex concubina frater Pipini, tyrannidem ab-  
stans, ad Saxones se contulit, Pipinoq; adueniente, pacifice  
ri cum eo nolens, in Baioariam fugit.

749. Pipinus Baioariam adiens, Thassilonem, sororis  
Hildrudis filium, Ducem sibi constituit, Griphone & Lan-  
frido inde abductis.

750. Pipinus Griphoni 12. comitatus in partibus Neustriae  
dedit; sed ille rursus diffidens ad Vuayuarium Ducem  
quitaniæ transfugit.

751. Pipinus missis Romam legatis, Zachariam Papam  
regno Francorum, & ignauis Regibus eius Merouingis  
nomine solo regnantibus, consuluit. Lantfridus Dux Al-  
mannorum moritur.

752. Auctoritate Zachariæ Papæ, & non multo post So-  
phani (qui Papa XCIV. eidem in pontificatu 6. annos  
cedebat) deposito, ac dein tunc Rege Hilderico Mer-  
uincorum ultimo, Pipinus Rex Francorum electus, & Suc-  
cessionis à S. Bonifacio Archiepiscopo vnctus & consecratus  
regnavit annis 17. Audogarius primus Campidonensis  
nobis fundator & Abbas locum illum incolere cepit.

753. Pipinus Rex perfidam rursus Saxoniam vastat. Hildigarius  
Colonienfis Archiepiscopus occisus est. Gripho  
cùm Italiam petere moliretur, à Comitibus Pipini in valle  
Maurienna interimitur, Stephanus Papa, pro auxilio contra  
Haythel

Haystulfum Longobardorum Regem pofcendo, ad Pipinum Regem in Franciam venit, & filios eius Carolum & Carolomanum Parisijs Reges vnxit.

754. Sanctus Bonifacius Moguntinensis Archiepiscopus, cum Fretonebis euangelizaret, martyrio ab eis coronatus est, anno Episcopatus 36. & apud Fuldense cœnobium sepultus: pro quo Lullus Archiepiscopus præfuit annis 32. Carolomanus frater Pipini, cum ad eum p̄ dissuadenda expeditione Italica venire vellet, Lugduno obiit. Pipinus Italiam cum exercitu petit, & Haystulfum Regem, victum & Papiæ obsessum, obſides dare & res S. Petri sacramento reddere compulit. Stephanus Papa, Duce Hieronymo Pipini fratre, Romam redijt.

755. Haystulfus sacramentum contemnens Romam obſidet, omnia circum ferro & igne deuastans: pro qua re Papa legatos marino itinere ad Pipinum questum & denuo auxilium obsecratum mittit.

756. Pipinus Rex iterum Italiam petens Haystulfum Papiæ inclusum, & Rauennam cum Pentapoli alijsq; quæ peruaserat, S. Petro & Domno Papæ per legatum suum Folradum reddere coartat.

757. Haystulfus Rex in venatu ex equo lapsus interiit: pro quo Desideri<sup>9</sup> regnauit. Constantinus Imperator inter alia munera Pipino Regi etiam organum misit.

758. Pipinus Saxonibus item superatis annuatim 300. eorum censum imponit. Romæ Stephano Papæ Paulus successit, sedit annos 10.

759. Vuararius tyrannidem in Aquitania exercens, prefuras Ecclesiarum, prædas, & incendia villarū facit. Sanctus Othmarus Abbas à Vuarino & Ruthardo, consensu Sidonij Episcopi, iniquè damnatus, & in insulam ReniStein relegatus, migravit ad Dominum. Cuius abbatiam cum Sidonius

V u u

Episco-

Episcopus & Abbas temerario ausu inuasisset, ante altaria sancti Galli, proflauio ventris percussus interijt: pro quo Ioannes Augiensis item Monachus, Episcopatum & vtramque Abbatiam accipiens, præfuit annis 21. qui primum Romanæ sedis priuilegium Augiæ ab Adriano Papa impetrauit.

760. Pipinus Aquitaniam seu VVasconiam inuadens, VVaifarium, quæ iniuste inuaserat, sacramento reddere compulit.

761. VVaifarius sacramenta postponens cuncta, quæ potuit vsq; Cauillionem, ferro, præda & igne vastauit.

762. Pipinus cum filio Carolo Aquitaniam item petens plurimas vrbes cepit, & plurimas sibi rebelles domuit.

763. Thassilo Dux de exercitu se subducens Baiouarium repetijt.

764. Hyems frigore sæua & vltra solitum proluxa horum no accidit. Pipinus magnum conuentum Carisiaci habitum.

*Rudgangus.*

765. Rddgangus Metensis Archiepiscopus corpora Sanctorum Gorgonij, Naboris, & Nazarij à Paulo Papa impetrauit.

766. Corpus sancti Gorgonij in Gorza Ccenobio; sancti Naboris in Nouacella; sancti Nazarij in Lauresbam conditum est.

767. Pipinus in Aquitania Lemouicam urbem expugnata[m] capit. Romæ Paulus Papa obiit: pro quo Stephanus obiit annos 4.

768. Pipinus occiso VVaifario & subacta Aquitania, vltorrediens 8. Calend. Octobris obiit Parisijs, ibiq; sepelitur anno ætatis 54. & Carolomannus 4. annos regnat.

769. Carolus & Carolomannus Hunoldum Aquitaniam Ducem bello victum capiunt. Corpus sancti Othmari Abbat[is] post 10. annos, in insula, qua obiit, in corruptum repetitum, ad Monasterium S. Galli translatum est.

770. Ca.

770. Carolus filiam Desiderij Regis Longobardorum, adducendo Bertha matre sua, uxorem duxit, sed statim eam repudiavit.

771. Carolomannus Rex obiit, & Remis sepelitur. Carolus Synodum magnam colligit.

772. Carolus Saxones petit, Eresburg castrum capit, idolum eorum Irminsul dictum diruit, & laborantem siti exercitum, datis diuinitus in sicco quodam torrente aquis, reficere meruit: acceptisq; pro pace 12. obsidibus redijt, Romę post Stephanum Adrianus Papa sedit annis 24.

773. Carolus ab Adriano Papa pro defensione rerum sancti Petri rogatus Italiam petit, & claustris vi potitus, Desiderium fugientem Papię obsedit, & ipse Romę orandi gratia adiens Pascha inibi celebrauit.

774. Longobardi cum Desiderio Rege suo, Carolo se tradunt, a quo Italiã cum Alboino Rege intrauerunt 205. ipseq; regno eorum & thesauris potitus, abducto secum Rege cum cõiuge sua victor redijt, Saxones pactum frangentes Heflios petunt: sed Ecclesiam apud Friteslar à sancto Bonifacio dedicatam, Deo prohibente, incendere nequeunt. Corpora Sanctorum Gordiani & Epimachi de Roma in Alamanniam translata sunt. Ecclesia sancti Nazarij Laurelianensis dedicata est.

775. Carolus latè Saxonum terras vastat, & duobus eosque svastra strage superat. Reudgaudus Longobardus Italia regnum affectat.

776. Carolus item Italiam petit & Reudgaudum victum occidit. Saxones itē rebellātes, Caroli præsidia bello petunt.

777. Saxones multa tandem cæde perdomiti, Carolo subduntur & Christiani efficiuntur, se suaq; omnia tradentes, si vltro fidem violarent.

778. Carolus Hispanias bello petit, & obsidib; acceptis,

Vuu 2

Vva.

*Adoram hæc  
erāt: Gordia-  
nus & Epima-  
chus Capidonā  
sunt translati.*



VVasconibusq; & Narbaris subactis, redijt. interim Saxones item rebelles, Duce VVidicundo, Francorum terminos vique ad Rhenum vastant, & insequente Regis exercitu magna ex parte caesi fugiunt.

779. Carolus item Saxonibus pugna victis & subactis, obfides accepit. Fuldis Sturmi Abbas obiit, & Bagolf successit.

780. Carolus habito in Saxonia conuentu & dispositam Saxonum quàm Sclauorum rebus, ipse Romam orandi gratia adijt.

781. Pipinus filius Caroli Romæ ab Adriano Papa baptisatus est, & cum fratre Ludovico Rex vnctus. Tassilo Dux Baioariæ fidem subiectionis Carolo sacramento & obfibus firmat. Constantiæ Episcopus & Abbas Ioannes obijt pro quo Eginus Episcopus annos 32. & Petrus Augiæ Abbas annos 5. & apud sanctum Gallum Rudpertus Abbas annum vnum præfuerunt. Inter alia prodigia Cruces multis in vestibus apparent. sanguis è terra & aère fluxisse dicitur.

782. Carolus item in Saxonia conuentum habens, legatos Danorum & Hunnorum audiuit: quo reuerso, Saxones legatos eius in Sclauos cum exercitu missos, persuadentem VVidichindo, commisso prælio non sine magna clade interimunt. Ob quorum vindictam Carolus Saxonum decollare iussit. Apud sanctum Gallum VValdo Abbas præfuit anno vno & dimidio.

783. Hiltigardt Regina vxor Caroli 2. calend. Maij, & Bertha mater eius 4. idus Iulij obierunt. Carolus item Saxones *al. Fastradam.* bisacie configens, magna strage vicit, Fastrandamq; conueno duxit vxorem.

784. Junior Carolus à patre in Saxoniã missus VVelfildos prælio vicit & domuit. Apud sanctum Gallum VVerdo Abbas præfuit annos 25.

785. VVidikind Saxo ad deditiõem Caroli veniens baptisatus

fatus est, & tota Saxonia subacta est. Coniuratio Orientalium Francorum contra Carolum orta & compressa est.

786. Carolus misso per Antulfum exercitu, Britones domuit, & ipse Romam orandi gratia adiit: auctores cōiurationis contra Carolum diuersis pœnis multauit. Lullo Moguntienſi Archiepiscopo Riculfus successit. Augiæ post Petrum VValdo Abbas IIX. præfuit annis 20.

787. Carolus Beneuentum petens obsides accepit. Rudrud filia eius Constantino Imperatori desponsatur. Eclipsis solis 15. calend. Octobris.

788. Tassilo Dux Baioriæ infidelitatis & periurij conuictus à Carolo ducatu priuatur. Græcorum exercitus à Francis & Italis vincitur. Item Hunni, qui & Auares à Carolo vincuntur exercitu.

789. Carolus valido vndiq; collecto exercitu Albiam fluum transit, & Sclauos prælijs protricos subiugauit.

790. Hunc annum Carolus sine bello VVormaciæ quietus transegit.

791. Carolus trifariam diuiso exercitu terras Hunnorum ingrediens ferro & igne deuastat.

792. Synodo Ratisbonæ collecto hæresis Fœliciana damnata est. Coniuratio Pipini contra Carolum detecta, & supplicio auctorum punita est.

793. Pugna inter Saracenos & Fracos in Gothia Saracenis superioribus cōmissa est. Saxones item more suo rebellant.

794. Synodo magna in Franconofurt habita; hæresis item Fœliciana damnata est. Fastrada Regina mortua & Moguntiaci sepulta est. Pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, ab Episcōpis damnata est. Carolus item Saxonibus subactis, tertiam virorum partem transtulit. His temporibus Alcuvinus, qui & Albinus, apud Regem cæterosq; vita & doctrina clarus habetur.

795. Saxones cum Vizam Ducem Abodritarum ad Regem Carolum venientem peremissent, vastata ite regione sua, puniti, obsides tradunt. Hunni quinq; missis legatis cum terra sua ipsi tradunt, Christianitatem promittunt.

796. Romæ defuncto Adriano Papa Leo tertius sedicenis 20. Principibus Hunnorum Cagano & Iugurto civili bello peremptis, terra eorū Carolus per Ehericum Forculiensē Ducem & Pipinum suū filium potitus est, Tudung princeps eorum ad ipsum veniens cum populo suo baptizatus & honorificè ad sua remissus est, Saxonia etiam iterum rebellis ab ipso peruasa vastatur.

797. Bracinona vrbs Hispaniæ Carolo reddita est. Constantinopoli Constantinus Imperator à Græcis excæcatur. Saxonia item à Carolo vsq; ad Oceanum vastata, & in dedicationem per obsides recepta.

798. Carolus in Saxonia cum exercitu hyemavit, & Transalbianos Saxones, qui & legatos eius comprehenderant, late vastavit; & per legatos suos conferto prælio 4000, ex eis occidit; reliquos pacem postulare & obsides dare compulit. Hadefuns Rex Galliciæ Carolo post munera preciosa itemq; manubias suas p munere misit. Herena Constantini mater Imperatoris cæci legatos Carolo pro pace misit. Mauri piraticam exercere incipiunt.

799. Leo Papa, vt fama est, in Litanía maiore à Romanis lingua præcisa excæcatur: sed per Virundum Abbatem & Vinigisum Spolitanum Ducem ereptus atq; in Saxoniā ad Carolum perductus est. Ehericus Dux Forculiensis à Liburnis per insidias occisus est. Geroldus quoque præfectus Baiariæ, signifer & consiliarius Caroli pius & religiosus contra Hunnos pugnans, occubuit; Augiaque, quam multis auxerat donis & prædijs, sepultus est. VValeares insulæ victis auxilio Caroli Mauris & Saracenis, libe-

rata sunt. Britannia Cismarina per VVittonē Ducem | Carolo subijcitur. Patriarcha Hierosolymitan<sup>o</sup> reliquias de Sepulchro Domini; & Azan præfectus. ciuitatis, quæ dicitur Osca, claus vrbis & alia præclara munera Carolo mittunt. Augiæ sancti Petri Basilica ab Eginone Veronensi Episcopo constructa & dedicata est.

800. Carolus Hierosolymam ad sancta loca insignia dona transmisit, ipse dispositis per Gallici maris littora contra piratas præsidijs, ad sanctum Martinum orandi gratia venit, ibique defunctam Luitgardam coniugem sepeliuit. Inde Romam petens Leonem Papam se de illatis & non probatis criminibus purgantem sacramento, sedi suæ restituit, ibique hyemauit, Pipino filio in Campaniam prædatum misit.

801. Carolus in die Natalis Domini à Leone Papa corona imposita primus Regū Francorum Cæsar Augustus Imperator, succlamantibus Romanis laudes, appellatus est. Qui postea iuxta leges Romanas, temeratores Leonis Papæ capitali sententiæ addixit; sed precibus eiusdem Papæ vita concessa, in exilium eos relegauit. Terræ motus magnus 2. Calend Maij factus est.

802. Herena Imperatrix de Constantinopoli legatos item ad Carolum Imperatorem pro pace misit, & ille vicissim missis ad eam Iesse Episcopo Ambianensi, & Helmgauo Comite pacem firmavit. Aaron Rex Persarum inter alia munera elephantum Imperatori Carolo misit. Franci Transalbianos Saxones vastant. Fuldis Baugolfo Abbati Radgarius successit, Paulinus Patriarcha Foroiulienfis seu Aquilegiensis obiit. Eginone Veronensis Episcopus hac vita decessit, Augiæ in Basilica cellæ suæ sepultus est.

803. Constantinopoli deposita Herena Niciferus Imperator

rator factus, legatos Caroli Imperatoris, suis adiunctis, firmata pace remisit; quos ille suscipiens, compacto pacis litteris mandato dimisit. Sanguis Domini Mantuæ inuentus Carolo Imperatori nunciatur: cuius rei veritatem perquirendam Leoni Papæ Imperator commendauit. Qua occasione arrepto itinere Papa ad Imperatorem venit & cum eo Natalem Domini Carisiaci celebrauit.

804. Domnus Papa ab Imperatore magnis muneribus donatus, Baioariam redijt. Carolus Imperator Transalbanos Saxones cum mulieribus & natis in Franciam transtulit, & pagos eorum Abodritis dedit. Richpoto Treuerensis Archiepiscopus obiit.

805. Carolus iunior à patre missus, Boëmiam, occiso Rege Lechone, subiugauit. Imperator Cagano apud Hunnos præcolum honorem reddidit.

806. Carolus Imperator inter tres filios regnum diuisit. Carolus iunior Sarabos vastauit, & Miliduch Ducem eorum occidit. Item misso exercitu Boëmia vastatur. Pipinus Rex filius Caroli Mauros de Corsica insula pepulit, Augia Waldone Abbate, ad regendum sancti Dionysij Cœnobij tractu posito, Heyto nonus Abbas præfuit annos 17.

807. Aaron Rex Persarum inter alia multa & pretiosa munera artificiosum satis Carolo Imperatori misit horologium. Classis à Carolo Imperatore missa, Mauros item in Corsica commisso prælio multis cæsis fugauit.

808. Godafridus Rex Danorum & Nortmannorum, multo militum suorum damno, cum Abodritis bello confixit & vicit. Carolus iunior Linones & Simeldingos, qui ad Godafridum defecerunt, vastauit. Rex Nordanumbrore Caroli regno pulsus, primo ad Carolum Imperatorem ac deinde Romam questum venit.

809. Ludouvicus filius Imperatoris Hispaniam petijt.

Carolus

Cardolf in regnum suum per legatos Papæ & Imperatoris remittitur. Quæstio de processione Spiritus Sancti, Synodo habita, ventilatur. Imperator contra Godafridum castrum Etesfeld trans Albiam ædificat. Trasco Dux Abodritarum cum fortiter multa contra perfugas Godafridi suosq; desertores fecisset, à militibus eius dolo occisus est. Apud S. Gallum VVolfec Abbas præfuit annos 4.

810. Riddrud filia Imperatoris 8. Idus Iunij obiit. Godafridus missa magna classe, Fresonibus ter prælio victis tributum imposuit: Cui cum Imperator Carolus iam cum exercitu occurfaret, elephas, quem Aaron miserat, subito moritur; classisq; reuersa: & Godafridus, qui se cum ipso Imperatore acie conficturum minitabatur, domi à suis peremptus nunciatur. Castellum quoq; \* Hochbd'ch super Albiam cum præsidio suo à VVilzis captum, Pipinumq; filium suum Italiae Regem 8. Idus Iulij defunctum didicit. Hispaniamq; Græci per legatos cum illo pacem firmant. Maxima bouum pestilentia hoc anno facta. Hemmingus Rex Danorum filius Godafridi cum Imperatore pacem fecit.

811. Heyto Abbas Augiæ & Episcopus Basileæ cum Hugone & Haione Comitibus Constantinopolim missus hocæporicum suum scripsit. Interim Nicephorus Imperator cum Vulgaribus pugnans occisus est. Tandem Michaël Imperator factus legatos Caroli Imperatoris remittit. Tres exercitus fausto omine, in Linones, in Pannonias, in Britones ab Imperatore mittuntur. Carolus Rex filius Imperatoris 2. Nonas Decemb. obiit.

812. Hemungo Rege mortuo, orto inter Danos & regni primatū prælio 10940. cecidisse feruntur. Michaël Imperator Legatis Caroli remissis, suos etiā pacē confirmatū misit. Beneuentani 25000. solidorū auri tributum Carolo persolunt. Classis Danorū Hybèrniā inuadens à Scotis victa est.

\* f. Nonantulanum,

813. Carolus Imperator Amalharium Treuirensis Archiepiscopum & Petrum \* Antulanum Abbatē item Constantinopolim misit, quorum hocæporicum item scriptum habetur. Ipse Ludouicum consortem impetij, Berinhardum quoq; Pipini filium nepotem suum Italia Regem fecit. Quina permagna concilia Mogonciaci, Remis, Turonis, Cauillonis, Arelati pro statu Ecclesiarum fieri iussit. Post Mogonciaci super Rhenum à Carolo structus incendio perijt. Constantiæ Eginus Episcopus obiit; Post quem Volleleoh Episcopus factus, qui Cœnobiū S. Galli 4 iam annis tenuit. Apud S. Gallum Gozbertus Abbas præfuit annis 27.

814. Carolus Imperator magnus cum prius thesauros suos inter 21. Archiepiscopatus regni sui cæterosq; Episcopatus & Ecclesias diuisisset, febre & pleuresi pulsatus, Calend. Februarij Aquisgrani obiit, ibiq; honorificè sepultus est, ætate 71. regni 47. subiectæ Italia 44. Imperij 14. Indictione 7. pro quo filius eius Ludouicus, cognomento Pius regnauit ann. 27. qui statim auditis & absolutis diuersarum gentium legatis, generale colloquium Aquisgrani habuit, & multa per totum regnum perperam gesta correxit.

815. Exercitus Herioldo Danorum Regi ad auxilium Ludouico Rege missus, 40. obsides ab hostib; accipit. Quidam ex Romanis primoribus, in necem Leonis Papæ coniurantes, puniuntur.

816. Sorabi itemq; VVascones rebellare molientes comprimuntur. Leone Papa 8. Calend. Iunij defuncto, Stephanus sedit mensib. 7. Qui ad Ludouicū Regem in Franciam veniens, Remis eum Imperatorem coronauit, muneribusq; & amicitia mutuo illi iunctus Romam redijt. Imperator, Synodo collecta, multa de statu & religione Cœnobiōrū bene disposuit. Augiæ Basilica S. Mariæ ab Heytone Abbate Episcopo constructa dedicata est.

817. Stephano Papa 9. Calend. Februarij defuncto, Paschalis sedit annis 7. Eclipsis solis Nonis Februarij facta, & cometa visus est. Legati Leonis Imperatoris de Constanti-nopoli pro pace ad Ludouicum veniunt Imperatorem. Ludouicus Imperator Lotharium primogenitum suum impe-rij consortem, Ludouicum, & Pipinum filios suos Baioriarum & Aquitaniae Reges praefecit. Sclaomir Dux Abodritarum rebellat, Bernhardus Rex Italiae rebellare molitus, cum rebus suis desperaret, patruo Imperatori ad deditionem ve-nit. Ratgarius Fuldenfis Abbas a fratribus accusatus & con- uictus deponitur.

818. Bernhardus Rex item rebellionis conuictus, iudicio Francorum excacatus moritur, complicesq; eius diuersis modis puniti, Episcopiq; depositi sunt. Ludouicus Imperator Cismarinus Britannos rebellantes, exciso Marmanno Duce eorum, domuit. Eclipsis solis 8. Idus Iulij facta. \* Irmingarib. Irmingarh Imperatrix obiit 5. Non. Octob. Fuldis Eigil Abbas constituitur.

819. Sclaomir Dux Abodritarum, exilio damnatus, & regnum eius Ceaddrogo Trasconis filio datum. Synodo Aquisgrani habita, multa de statu Ecclesiarum & Cœno-biorum tractata sunt. Imperator Iudith filiam VVélphi Co-mitis duxit vxorem: ex qua Carolum genuit. Pipinus filius Imperatoris VVascones rebellantes subijcit. Exercitus in Pannonias contra Luidvvidum Sclauum rebellantem, par-uo effectu, mittitur. Fuldis Ecclesia S. Bonifacij ab Herstol-fo Archiepiscopo dedicata est.

820. Tres exercitus contra Luidvvidum ex diuersis par- tibus immisi, Pannoniam magna ex parte deuastant. Bera Comes Barcinonae, reus maiestatis, duello conuictus, exilio damnatur. Ex inundatione pluuiarum nimia, pestilentia magna & fames facta.



821. Ludouvicus Imperator regnum inter filios diuidit, exilia relaxauit, debita cunctis dimisit, possessiones in fiscum redactas restituit. Lotharius filius eius uxorem duxit. Conradrogo Dux Abodritarum perfidia notato, Sclaomirexilio reuocatus, tactusq; morbo, percepto baptisinate obiit.

822. In Thuringia cespes longitudine 50. pedu, latitudine 14. altitudine 18. de loco suo, 25. pedes translatus, integer inuenitur. In Orientali Saxonia nocte quadam iuxta lacum Artisco, tellus per spatium leugeynius in modum aggeris intumuit. Ludouvicus Imperator de publicis peccatis suis publicam poenitentiam egit, & quaeque in regno suo corrigenda correxit. Lotharius in Italiam; Pipinus, ducta uxore, in Aquitaniam Reges missi sunt. Fuldis Eigil Abbas obiit. Cui Rabanus vir doctus & diuinorum librorum tractator egregius successit. Augia Heytone Abbate & Episcopo, quietam & quietam vitam adoptante, Erlebaldu Abbas XIII. praefuit annis 13. Ebo Remoru Archiepiscopus genti Northmannorum uerbum Dei praedicat.

823. Lotharius Rex Italiae, rogante Papa Paschali, Impetator ab eo Romae coronatur. Ludeuvidus Pannoniae tyrannus in Dalmatiam transfugiens, dolo Ducis provinciae percipus est. Inter alia prodigia, terrae motus Aquense Palatum concussit. In territorio Tullensi puella quaedam duodenis triennio ferè sine cibo & potu sana & manibus suis laborans permansit. In pago Saxoniae Firichsazn 23. uilla & in alijs prouincijs ultra solitum plures fulmine crematae: fulgura crebro sereno caelo cecidere, agri praeter solitum multigrandine vastati, ueris inter ipsam & magnis lapidibus, quibusdam in locis, decidentibus. pestilentia quoq; ingens facta.

824. Rex Vulgarorum Omartag pro pace ad Imperatorem Ludouvicum misit. Romae Eugenius Papa post Paschalem sedit annis 3. Hyems praeter solitum frigida & prolixa.

In ter-

In territorio Augustudunensi glacies de aëre cecidisse dicitur 15. pedum longa, 7. lata, 2. grossa. Ludouicus Imperator filium suum Lotharium pro quibusdam corrigendis Romam misit. Ipse rebellantem Britanniam ferro & igne vastans domuit. Augiæ V Vetinus monachus è corpore ductus & reductus, post triduum obiit: cuius visiones Heyto Episcopus prosa; & V Valachfridus heroico metro scripsit.

825. Item Rex Vulgarorum legatos p terminis regnorum dimittendis Imperatori mittit. V Viomarcus Britto Francorum terminos infestans, à militibus Lantperti Comitis in domo propria peremptus est. Imperator cum filijs Godafridi pacem fecit.

826. Item Vulgarorum Rex legatos insolētius pro terminis sine mora statuendis Imperatori mittit: quos Imperator negligentius remisit. Herioldus Rex Danorū cum vxore & filijs & magna suorum multitudine Mogontiaci baptisatus est. Georgius quidam \* pr Veneticus organum Ydraulicum Aquisgrani fecit. Aizo Gothus de palatio ad Saracenos se conferens rebellare tentauit. Hildovvinus de sancto Dionysio Abbas, ab Eugenio Papa ossa beati Martyris Sebastiani impetrauit, quæ Sueffionis in Basilica sancti Medardi locata varijs & innumeris refulsere miraculis.

827. Exercitus Saracenorum Aizoni ad auxilium missus, Pipino Rege tardius resistente, territoriū Barcinonensium & Gerundensium vastauit. Vulgari turbata pace Pannoniam per Drauum fluiuium nauibus inuadunt, vastant, sibiq; subiiciunt. Corpora Sanctorum Martyrum Marcellini & Petri in Franciam translata sunt, mense Nouembri. Romæ post Eugenium Valentinus Papa sedit diebus 40. & post hunc Gregorius IV. Papa sedit annis 16.

828. Reliquiæ sancti Marcellini Aquisgrani allatæ, plurimis glorificantur miraculis. Imperator Lotharium filium ad

terminos Hispaniæ contra Saracenos, Ludouicum verò contra Vulgaros in Pannonias cum exercitu misit. Rupto incantate pacto cum Nordmannis fœdere, castra nostrorum ab ipsis direpta sunt.

829. Aquisgrani terræmorus Sabbato sancto Paschæ factus. Generalis conuentus mense Augusto V Vormaciæ ab Imperatore habitus. Vulgari item nauibus per Drauum inuecti, Pannoniam vastant, Lotharius filius Imperatoris in Italiam proficiscitur. Bernhardus Comes Barcinonensis Cameratus Imperatoris contra voluntatem Francorum factus.

830. Dissensio Principum contra Imperatorem propter Bernhardum mota; ipsa eo pulso ad tempus modicum, sedatur. Corpus sancti Marci Euangelistæ, sub nomine Valentis Martyris Ratholdus Veronensis Episcopus à Duce Venetiæ impetrauit, & cum corpore Genesij martyris in Augiamfulam attulit, Basilica sancti Galli à Gozberto Abbate accepta.

831. Imperator conuentu Nouiomagi habito, omnes qui sibi contrarij fuerant, honoribus priuauit, quosdam etiam prædijs spoliauit, quosdam exilio relegauit; animosque filiorum quàm cæterorum contra se & Iudith vxorem suam grauiter irritauit.

832. Imperator contra filium Ludouicum cum exercitu Augustam Vindeliciam venit: quo resistente, contra alterum filium Pipinum ad Aquitaniam se conuertit, cumque regno priuauit: sed inde rediens, timore filiorum, vxore abdicata, difficulter Aquisense palatium repetijt, Eclipsis solis 2. nonas Maij, & Lunæ 13. Calend. Iunij facta.

833. Imperator recepta vxore, contra filios ad se venire volentes, collecto exercitu, in Alfaciam arma mouit; illi veniente cum filijs Gregorio Papa, Imperator à suis pro-

ditus ac derelictus in filiorum suorum potestatem devenit.

834. Imperator iudicio Episcoporum, armis depositis, ad agendam penitentiam includitur, & vxor eius in Italiam relegatur: sed mox æstate, recepta vxore & armis, Lotharium filium in Italiam repulit. Eodem anno pugna contra Maclifedum & Lantpertum facta, in qua inter alios plures cecidit Odo comes Aurelianensis & Theodo Abbas Turonensis.

835. Imperator cum filijs Pipino & Ludouico Lugduni magnum habuit conuentum, Nordmanni Dorestatum vastant. Basilica S. Galli dedicata est.

836. Imperator conuentum apud Theodenhoue palatium habuit: ad quem Lotharius filius eius graui morbo detritus venire non potuit. Nordmanni Andoverpam urbem & in ostijs Mosæ situm VVitlam emporium incendunt, & à Fresonibus tributum accipiunt. Augiæ Heyto Episcopus obiit & sepelitur.

837. Ticinum 3. Calend. Ianuarij osties noctu tremuisse dicitur. Multi Principum Italiae morbo absumpti. Cometa in signo libræ visus. Nordmanni in VValcra insula, cõmissa pugna 15. Calend. Iunij multos interimunt: Itemq; Dorestatum vastantes tributum à Fresonibus accipiunt.

838. Tertæ motus 15. Calend. Februarij vesperæ factus. Naues contra Nordmannos ædificatæ. Imperator optimam partem regni filio iuniori Carolo dedit. Lotharius & Ludouicus fratres in Tridentina valle inter se colloquium habuere. Imperator habito Nouiomagi conuentu, consilio quorundam, Ludouico filio regnum Orientalium Francorum, quod ab eo acceperat, interdixit. Quod ille inuidia prauorum factum sciens, cum idem regnum inuassisset, Imperator collecto exercitu, eum expelle restatuit. Pipinus Rex Aquitaniæ filius Imperatoris mense Nouem-

Novembris obiit. Apud sanctum Gallum Gozberto Abbate Pertivvicus successit. Augiæ Erlebaldo Abbate cedente Rddhelm Abbas XI. præfuit annis 4.

839. Ludovvicus Patri Imperatori cedendum ratus, in Baioariam redijt. Imperator celebrato iuxta Brigantium lœcum Pascha, postea habito VVormaciæ conuentu, Lothario de Italia venienti reconciliatur, ipsiq; & Carolo filio regnum partitur, Baioaria tantum Ludouico, qui eum offenderat, relicta. Lotharioq; Italiam repetente, ipse cum filio Carolo ad disponendam proficiscitur Aquitaniã, Cometa in signo Arietis, cælum instar sanguinis rubeum, igniculiq; per æta discurrere visi.

840. Ludovvicus se priuatum dolens, multis sibi adunatis per Alamanniam, quasi debitum repetens regnum, Francofurt venit. contra quem pater Imperator Ludovvicus relicta Aquitania copias colligit, eumq; per Thuringiã ad barbaros pulsus per Sclauorum gentes laboriosè Baioariam repetere coëgit. Ager quasi sanguis coagulatus in Paschæ tempore rubeus apparuit. Eclipsis solis 7. Idus Maij post sextam die horam facta. Imperator Ludouicus morbo correptus, in quandam Rheni insulam prope Ingeleheim designato imperium Lothario filio 32. Calend. Iulij obiit, & Metrius in Ecclesia sancti Arnolphi sepultus est. Lotharius de Italia rediens, regnum accepit: quod fratribus eius Ludouico & Carolo non ferentibus, primus ei Ludovvicus cum copijs Orientalium Francorum Moguntiaci occurrit; vixq; pugna data; cum Lotharius contra Carolum Gallias peteret, Ludovvicus sibi Francos Orientales, Saxones, Thuringios, Alamannos, Baioariosq; confœderat.

841. Ludovvicus cum Orientalem Rheni ripam præcipue occupasset; Lothario, ommissa Caroli insecutione, redeunte & mense Aprili iuxta VVormaciam clam Renú cum exercitu

citu transeunte, à quibusdam suis pene proditus & à fratre  
 circumuentus, in Baioariam redire compulsus est: Lothari-  
 usq; relicta ad præsidium Rheni copiarum parte, ad perse-  
 quendum redijt Carolum. Interim Ludouvicus ad auxili-  
 um Caroli per nuncios reuocatus, occurrentibus in Reti-  
 ensi territorio relictis Lotharij copijs, 3. Idus Maij pugna  
 conflixit, & Adalbertum Comitem cum multis alijs victor  
 proftrauit. Inde transito Rheno adunatis cum fratre Carolo  
 copijs, cum, Lothario monarchiam appetente, de partitio-  
 ne regni concordare non possent, iuxta Fontinatam villam  
 7. Calend. Iulij acie configunt, & innumera strage commissa  
 Ludouvicus & Carolus castris potiti sunt: Lotharius verò  
 fugiens Aquense palatium petit, & recollectis vndiq; copijs  
 digressos à se inuicem fratres, primo Ludouicū autumno, &  
 hyeme Carolū in Gallijs frustra persequi laborauit. Come-  
 ta in signo Aquarij 8. Calend. Ianuarij visus. Grimaldus Ar-  
 chiepiscopus Ludouici cœnobium sancti Galli beneficij  
 Iacob ab eo accipiens tenuit annis 31.  
 842. Vila fratris pertinacia Ludouicus & Carolus copijs  
 collectis, apud Argenturacum conueniunt, eumq; persequi  
 statunt, & apud Sentiacam villam, Viuētum, cum à suis de-  
 sereretur, 17. Calend. Aprilis fugere compellunt, regnumq;  
 eis cis Alpes inter se dispertiant, qui rursus collecto exerci-  
 tu apud Madalsonam Gallię vrbe eos expectat; tandemq;  
 cum cunctis pacem quàm bellum malentibus ter quadrage-  
 nis proceribus regnum in tria partiendum die statuta man-  
 dant. Ludouicus in Saxonia coniurationem libertorum  
 contra dominos auctoribus capite plexis compescuit. Cum  
 legati statuta die concordare non possent, partitio in aliud  
 tempus differtur. Augiæ VValachfridus Strabo vir doctus  
 Abbas 12. præfuit annis 7. qui multa ingenij sui monumen-  
 ta prosa & metro reliquit.

843. Descripto regno & in tria diuiso, fratribusq; Wi-  
 dū conuenientibus, Lotharius cum Imperatoris nomine  
 Italiam & Galliam Belgicam, quæ nunc vsq; a beo regnum  
 Lotharij dicitur; Ludouicus Germaniam, Pannonias, No-  
 ricum & Alamanniam; Carolus reliquas Galliarum pro-  
 uincias accipiunt: firmataq; sacramento pace digressi sunt.  
 Carolus Aquitaniam Pipino fratris sui Pipini filio auferre  
 moliens, eumq; infestans, plurima proprij exercitus dama-  
 pertulit. Iudith Imperatrix obiit. Romæ Gregorio Papa  
 defuncto, Sergius II, sedit annos tres. Mauri Beneuentum  
 occupant.

844. Carolus Rex Galliarum Bernhardum Barcinonen-  
 sem Ducem nihil mali suspicantem occidit. Exercitus eus-  
 dem à Pipini Ducibus pugna victus est 7. Idus Iunij, ecclesie  
 que cum multis alijs nobilibus Raban signifer eius, & Ha-  
 go, Richpotoq; Abbates. Ludouicus Rex Germaniarum, Ab-  
 drites defectionem molientes, occiso Rege eorum, bello  
 perdomuit, & per Duce s disposuit. Rabanus Fuldēsis Abbat  
 librum, quem de laude sanctæ Crucis varijs figuris metrop  
 composuit, Sergio Papæ transmisit. Remis post Eboac  
 Hincmarus vir doctus Archiepiscopus ordinatur.

845. Nordmanni regnum Caroli vastantes Parisios sup  
 per Sequanam nauigio veniunt, acceptaque ab eo magna  
 pro pace pecunia discedunt. Item in Fresia semel victi, re-  
 bis victores, magnas hominum strages faciunt. Item in Sa-  
 xonia Hemmeburg populati, non multi redeunt. Carolus  
 Rex inita cum Brittonibus pugna, pluribus amissis, vix cum  
 paucis effugit. Ludouicus Rex quatuordecim ex Duce-  
 bus Boëmanis ad fidem conuersos baptisari fecit. Lotha-  
 rius Imperator Burgondiones rebellare molientes ad debi-  
 tionem coëgit.

846. Gisalbertus Caroli miles filiam Lotharij Impera-  
 toris

totis vi rapuit; unde iratus Lotharius cum Carolo, licet Ludouico satagente, pacificari noluit. Ludouicus Marahenibus Sclauis compressis, Rastizen Ducem constituit, & per Boëmiam cum graui damno exercitus redijt. Mauri cum Romam petentes, urbem ipsam capere non possent, Ecclesiam S. Petri vastant. Romę Leo IV. sedit annis 8. mensib. 3. episcopatium, quod Leoniantum vocatur, ad Ecclesiam S. Petri communiendam construxit.

847. Lotharius & Ludouicus se vicissim inuitantes mutuo conuiujs regijs muneribusq; fruuntur. Nordmanni iterum Dorestatum incendunt. Mogontia Otgarius Archiepiscopus obiit: pro quo Rabanus Fuldenfis Abbas doctissimus Archipræsul sedit annis 9. Qui mox Ludouico iubente, Synodum magnam Mogontiaci collegit: vbi inter alia Thimota Pseudopropheta, ex Salamonis Constantiensis Episcopi parochia, correpta, & publicè flagellis cæsa, tandem à vaticinijs quæstum quærentibus obticuit.

848. Ludouicus Rex misso filio Ludouico Boëmanos compressit & obsides dare compulit. Gotescaleus quidam presbyter quosdam homines ad vitã, quosdam ad mortem inuitabiliter adeo prædestinatos dogmatifans, in conuentu Episcoporum Mogontiaci conuictus de regno Ludouici pellitur, & Remis ad Hincmarum Episcopum suum mittitur.

849. Exercitus à Ludouico Rege contra Boëmanos item rebellantes missus cum pactum & obsides hostium petentium pacem contempsissent, turpiter ab ipsis cæsus & spoliatus, obsides dedit, & cum dedecore redijt. Terræ motus factus est Augiæ. Valachfridus Abbas Strabo obiit: pro quo Folevvinus XIII. præfuit annis 9.

850. Nordmanni Godefrido Duce per Sequanam ascendentes regnum Caroli vastant: Contra quos Lotharius Imperator in auxiliũ euocatus, cum se pugnaturũ cum hostibus



crederet, Carolus timore perculsus Gothefridum cum suis  
 in societatem regni assumit, eisq; terram ad inhabitandum  
 dedit. Fames magna Germaniam & maximè circa Rho-  
 num oppressit. Et Rabanus Episcopus multos pauperes aluit.  
 851. Ludouicus Rex Sorabos, terminos Francorum in-  
 stantes, vastata regione eorum, perdomuit. Pipinus Rex  
 comprehensus à suis, à patruo Carolo traditus, & ab eo con-  
 fessus Sueffionis in Monasterium sancti Medardi reclusus est.  
 Similiter & Carolus frater eius iunior, cum ad ipsum profes-  
 sifici vellet, à Comitibus Caroli eiusdem captus, eoq; iube-  
 te tonsus in Corbeienſe Cœnobium custodiæ traditus est.  
 852. Magna Synodus & generalis conuentus Mogontiaci  
 à Rabano Archiepiscopo & Ludouico Rege habita, multaq;  
 correcta sunt. Herioldus Nordmannus diu bene à Ludou-  
 co tractatus, suspitione proditiōis à quibusdam Fran-  
 cō punitur. Translatio sancti Remigij Remorum Archiep-  
 copi ab Hincmaro eiusdem vr̄bis Archiepiscopo Calendis  
 Octob. facta.  
 853. Nordmanni per Ligerim ascendentes & Gallias ro-  
 stantes, Basilicam quoq; sancti Martini Turonis incendunt.  
 Aquitani Caroli iniurias questi, Ludouicum, vt super le-  
 gnet, vel filium Regem donet, sollicitant.  
 854. Ludouicus æquiuocum filium Aquitaniam mittens,  
 instabiles eorum animos deprehendens contempsit. Nord-  
 manni ex diuersis, quas iam per viginti annos vastabant, re-  
 gionibus collecti vulgus innumerum totumq; genus regum  
 vsq; ad vnum puerum mutua cæde inactauerunt.  
 855. Apud Mogontiacum terra vicies tremuisse ferunt.  
 Insoliti aëris turbines & grandines, fulgura & tonitrua  
 cta. Ecclesia sancti Kiliani fulmine cremata Nonis Iunij,  
 postea muri turbine diruti sunt. Gozpaldus ipsius vr̄bis  
 Episcopus obiit: Cui Arnus successit. Ludouicus Rex  
 Rastizen Ducem Marahensium Sclauorum petens, vastat

ex parte regione, subiugare nequiuit: quo reuerso Marahē-  
ses secuti contigua trans Danubium loca vastant. Lotharius  
Imperator relicto mundo, diuisoq; inter filios regno, mo-  
nachum se Prumiæ fecit, & non multo post 3. Calend. O-  
ctob. ad regnum caeleste migravit. Post quem filius eius Lu-  
dovicus Imperator Italiã, & Lotharius Cisalpinas partes re-  
gni tenere. Igniculi crebri instar spiculorum ab Oriente in  
Occidentem per aëra ferri 16. Calend. Nouemb. per totam  
noctem visi.

876. Rabano Mogōtienti Archiepiscopo 11. Non, Febru-  
arij defuncto, Carolus Pipini Regis Aquitaniæ filius, qui è  
custodia Corbeiensis Cœnobij ad patrum Ludouicum  
transfugerat, Archiepiscopus ab ipso promotus, præfuit an-  
nis 8. Hildigart Regina obiit. Fuldis Hatto Abbas obiit,  
Thietoq; successit. Ludouicus Rex per Sorabas transiens,  
auxiliaq; inde assumens, Dalmatas bello victos tributarios  
facit, & Boëmanos nonnullos eorum in deditioem accipi-  
ens redijt. Romæ Leone defuncto, Benedictus Papa sedit  
annis duobus mensibus 6.

877. Exercitus item à Ludouico Rege in Boëciam missus  
Sclauitam tyrannum in Marahenses pepulit. Synodus à Ca-  
rolo Mogontia Archiepiscopo collecta. Tempestas valde  
terribilis Colonia 7. Calend. Octob. facta, & fulmen in-  
star ignei draconis Ecclesiam S. Petri penetrans, tres homi-  
nes diuersis in locis extinxit, plures prostravit, Terræ motus  
magnus Calend. Ianuarij factus est.

878. Lotharius Rex filius Lotharij Imperatoris contra Lu-  
dovicum Regem patrum suum cum Carolo Rege alio pa-  
truo suo coniuravit. Ludouicus Rex legatione populi, de  
tyrannide Caroli flebilis conquesti, sollicitatus, diu cuncta-  
bundus, Gallias tandem cum exercitu intrat; cunctisq; pene  
ad eum conuersis, Carolus fugit: ipse plus æquo securus, pro-  
prio

prio exercitu remisso, regnum illud, prout voluit, disposuit. Sed fraus quorundam frarrisq; Caroli versutia incautū ibi circumuenisset, nisi fama rebellantium Soraborum proprio auxiliatum regno maturius eum reuocasset; quo redeunte Carolus regnū suum recepit. Augie Folcuvino Abbati VValtheri XIV. successit annis 6. Villā quandā iuxta Mogontiam & Renum, Cammunti vocatā, nequā spiritus primò inuisibiliter responsa dando, furta prodendo, deinde etiā lapidibus iactis & domorū incendijs homines persequendo per triennium infestans, vastam reddit. Romæ post Benedictum Nicolaus Papa sedit annis 9.

859. Ludouicus Rex frequentibus missis legatis cum fratre Carolo & Lothario Rege fratruelē pacificari satagens, tandem cum denominatis viris ad secretum cum eis colloquium veniens, diem pacificationis condixit. Legatos etiā Nicolao Papæ & Ludovvico Imperatori fratrueli suo de inuaso fratris regno excusatum misit. Crebri terræ motus Moguntiacum concutiunt; ibiq; Probus presbyter religiosus & sanctus obiit 7. Calend. Iulij.

860. Hyems nimis sæua & proluxa terræq; frugibus noxia facta est; adeo vt & Ionium mare glaciātū vsq; Venerum equis & carpentis se meabile præbuerit. Ludouic<sup>9</sup> & Carolus Lothariusq; Reges in Confluente castro conuenientes, pacificantur, mutuū sacramento pactum confirmantes.

861. Ludouicus Rex habito Ratisbonæ conuentu, aliquos primates suos infidelitatis accusatos deposuit. Item contra maiorem filium suum Carolomannum Carantani Ducem, quasi nouas res contra se molientem, iratus est. Fames validissima hoc anno facta. Meginradus Augiæ monachus & primus incola eremi, quæ Turicino adiacet lacui, à quibusdam latronibus inibi 12. Calend. Februarij peremptus, post mortē virtutibus claruit, Augiæq; sepultus est; à quo vsq; hodie

*Santus Meginradus.*

die eremus ipsa à sanctis & religiosis culta viris, in nobile & famosum iam dudum excreuit Cœnobium.

862. Lotharius Rex fauentibus Archiepiscopis, Gunthario Colonienſi, Theodgaudo Treuirenſi, repudiata Tiothpirga vxore legitima, VValdradam concubinam ſibi coniunxit, Synodo ad hoc quaſi iure machinandum Mettis collecta. Carolomannus obiecta excuſans cum patre pacificatur. Ludouicus Rex Abodritos rebellantes petens, obſides dare coëgit.

863. Carolomannus item apud patrem adeò innocens accuſatus eſt, vt patrem contra ſe venientem, à ſuis proditus & ducatu priuatus, vix innocentiam probans placauerit. Synodus coram Arsenio legato Nicolai Papæ Mettis habita, & Gunthari<sup>o</sup> Theotgaudusq; Archiepiſcopus, pro roboranda, quam machinati ſunt, Lotharij Regis cauſa, Romam miſſi; Synodo Romæ à Nicolao Papa collecta, ab ordine depoſiti, & cum Synodo ſua anathematizati; Lothariuſq; Rex, niſi reſiſceret, excommunicatus eſt. Moguntia Carolo Archiepiſcopo deſuncto Luitpertus ſucceſſit. Nonnulli ex Hunnis Chriſtiani effecti ſunt.

864. Guntharius Colonienſis, qui contumelioſe Domno Papæ reſcripſerat, & contra interdictū eius officiū Episcopale ſurpauerat, pœnitentia ductus Romam ad eum venit; ſed minimè reconciliari meruit. Ludouicus Rex Germaniæ Rarizen Marahenſiū Ducem petens & apud Dovvinā caſtrum obſides, iuſſos obſides dare & in iuriſurandū ſubiectionis iterare coartat. Ipſe item Ludouicus & frater eius Carolus Rex Galliarū conuenientes, debita ſibi inuicè relaxant, & tœdus pactumq; innouant & cõfirmant. Augiè poſt VValdharium Abbatem Heyto XV. præfuit annis 7. Tranſlatio S. Othmari in Baſilicam S. Galli.

865. Riddoſus Fuldenſis præbyter & monachus, doctor, poëta, & hiftoricus ſatis doctus 8. Idus Maij obiit. Arsenius Episco-

Episcopus, Domni Papæ Nicolai legatus, pacem inter Ludouicum Regem & fratrualem eius Ludouicum Italiae Imperatorem reintegravit. Ipsiq; Lothario fidem conuulsi per sacramenta 12. Principum suorum pollicenti Thiotpirgam coniugem reconciliatam reddidit: VValdradam concubinam in Italiam relegauit; multisq; apud Carolum per Gallias dispositis, honoratus à Regibus & donatus Romam redijt.

866. Ludouicus iunior propter quædam beneficia sua, fratri Carolomano data, patri Ludouico Regi rebellare multo studio molitus, & facile victus, tandem Luitperto Archiepiscopo mediante, patri reconciliatus est. Gundpaldus miles Carolomanni contra ipsum pugnare ausus, amissis copiis victus vix aufugit. Vulgari missis à Nicolao Papa & Ludouico Rege prædicatoribus, fidem Christi suscipiunt.

867. Lotharius Rex promissis suis Principumque sacramentis posthabitis, coniugem Thiotpirgam denuo iniurians, VValdradæ reuocata clam se miscuit. Vnde motus Papa Nicolaus, missis ad diuersos literis, cum cunctis illum complicibus suis excõmunicauit. Rudpertus fortissimus derno Caroli Comes, alter sui tẽporis Machabeus, qui Nordmannos & Brittones magnis sæpe protriuerat prælijs, apud Ligerim fluuium, cum Nordmannis fortiter dimicans, occubuit. Terræ motus magnus septimo Idus Octob. factus.

868. Synodus magna VVormaciæ coram Ludouico Rege collecta est, & multa inibi pro statu Ecclesiæ decreta. Mense Maio Romæ defuncto Papa Nicolao Adrianus secundus sedit annis 5. ad quem cum Lotharius Rex venisset, & frustra opitulante fratre Ludouico Imperatore, pro VValdradæ matrimonio satagisset, nihil profuit. Cometa visus, inundatio & illuuium magna facta, famesq; & pestilentia in gens secuta est.

869. Boëmani Baioriæ fines infestant. Sorabi & Suiffi  
 itemq; Boëmani Turingiam vastant. Carolomannus bis nu-  
 mero copijs Rastizi pugna congressus vicit & prædas in-  
 gentes abduxit, Gundacrumq; periurum refugam suum di-  
 minutus in pugna debilitatum inibi occidit. Lotharius Rex  
 cum complicibus suis se apud Adrianum Papam de illatis  
 criminibus excusans, & corpus Domini temerariè ab eo  
 accipiens, domumq; rediens, mense Iulio Placentiæ periit,  
 fuoresq; sceleris pene omnes interiire: regnumq; eius pa-  
 trus Carolus inuadens Mettis se coronari Imperatoremq;  
 iussit appellari. Interim Ludouicus Rex vsq; ad desperatio-  
 nem Ratibonæ ægrotans thesaurosq; suos Ecclesijs paupe-  
 ribusq; dispensans tres filios suos cum totidem exercitibus  
 contra diuersos miserat hostes. E quibus Carolus cæteris iu-  
 nior cunctis Rastizi munitionibus captis, totam Marahen-  
 sem regionem ferro, igne, prædaq; vastauit. Carolomannus  
 regnum Zventibaldi nepotis Rastizi nihilominus depopu-  
 latur. Ludouicus verò Sorabos & eorum complices bis  
 pugna victos ad deditioem compulit. Fames valida & pe-  
 silentia facta.

870. Ludouicus Rex ex infirmitate conualescens mul-  
 tos ex regno Lotharij ad se venientes suscepit, postea ad col-  
 loquium ad viam fratri Carolo venturus de solarario quodam  
 cum multis aliis, cadente ædificio, corruit, & grauius colli-  
 so corpore costisq; contractis, dissimulato tamen dolore,  
 crastino ad conditum venit, & cum fratre regnum Lotha-  
 rij æqualiter diuisit. Zventibaldus cum regno suo Carolo-  
 manno se tradidit; vnde Rastiz iratus prius cum dolo peri-  
 mere, & hoc non pcedente, manifestè eum persequi statuit.  
 Ille verò superior factus Rastizen victum comprehendit, &  
 Carolomanno vincitū tradidit: à quo peruasio regno, & Gazif-  
 sus in carcerem missus, & Ludouico Regi exhibitus iudi-  
 cioq;

Zzz

cioq;

cioq; Francorum morti addictus, luminibus tandem oculorum priuari iussus est. Ipso anno Y Villipertus Agrippinensis Coloniae Archiepiscopus à Luitperto Moguntienti ordinatus; Synodusq; magna Coloniae collecta, & multa pro sanctae Ecclesiae decreta: & Ecclesia sancti Petri dedicata est. Inter alia prodigia terrae motus facti sunt, & duae rutilae nubes quasi ignea inter se tela emittentes, se instar pugnantium commiscere visa.

871. Ludovicus & Carolus propter quaedam beneficia à Carolomanno fratri donata, contra patrem Ludovicum rebellare molientes, vix tandem ab eo placari pacatq; cessant. Zwentebald perfidiae incusatus à Carolomanno in custodiam mittitur. Sed crimine non probato relaxatus ab eo & muneribus donatus, exercitusq; ei auxilio contra Slagamarum presbyterum, quem Marahenses inuitum pro ipso Ducem fecerant, missus est. Qui dolose rediens & in ciuitatem recipiens, ipsum auxiliatorem exercitum oblatum circumuentum, paucis fuga elapsis vel comprehensis, profusus deleuit. Boëmienses eruptionem molientes oppidum praedijs reprimuntur. Constantie Salomon Episcopus obiit, cui Pateon successit: praefuit annis 3. Aug. Heytoni Abbati Rudho XVI. praefuit annis 17. Apud S. Gat. Yso magister obiit.

872. Basilius Imperator Graecorum inter alia munera ostentatum grandem cum portione Dominicae Crucis non modica, auro & gemmis pretiosis ornata Ludouico Regi misit. Ludovicus pacificatur secum & inter se filijs regni potestate partitionem disposuit. Exercitus contra Marahenses missus cum sine Duce sibi dissentiret, ab hostibus victus, caesus & ludibrio habitus turpiter aufugit. Luitpertus Archiepiscopus cum exercitu in Boëmanos missus 5. Duces eorum pugna vicit, & regionem ex parte vastauit. Carolomanno

Marahenses vastat; sed custodes nauium eius ab hostibus trucidati sunt, Embricone Ratisponę Episcopo vix fuga elapsa. Aestas pene tota fulminibus, tonitruis, grandinibusque horrida homines multos frugesque pessum dedit. VVormacię Ecclesia sancti Petri fulmine incensa & diruta est. Terrę motus magnus 3. Non. Decemb. factus Moguntiacum diruit. Apud sanctum Gallum defuncto Grimaldo Hartmout Abbas præfuit annis duodecim.

873. In conuentu à Ludouico apud Franconofurt habito, Carolus filius eius arreptus à dæmone grauiter vexatur. Carolus Galliarum Rex Carolomanum Diaconum suum filium, tyrannidem exercentem, excæcari iussit. Pax cum Danis petentibus à Ludouico firmatur. Nordmanni Fresiam superbe classe petentes & tributum exigentes, pugna victi & Duce Ruddolfo cum 800. amisso & cuncta pecunia multati turpiter redierunt. Fames magna facta. Tanta multitudo inaudita magnitudinis locustarum ab oriente gregatim more exercituum veniens has pertransijt regiones, vt per duos continuos menses sepe radios solis per vnus spatium milliarij volitantes obnubilarent, & in vna hora, quidquid in centum vel amplius iugeribus viride inuenerant, depalcerentur, & postea in mare vento actæ, & fluctu reiectæ, retore, corrupto aëre, non modicam gignerent pestilentiam. In pago Italię Brixienſi sanguis tribus noctibus pluuisse fertur. Item Græci missis per Agathonem Archiepiscopum muneribus, amicitiam cū Ludouico Rege confirmant. Roma defuncto Adriano Ioannes Papa sedit annis 10.

874. Hyems valde proluxa, saua & niuosa multos homines & iumeta frigore extinxit. Sorabi & Suisli defectionem molientes à Luitperto Archiepiscopo facile comprimunt. Ludouicus Rex in Quadragesima visione, monitus multas pro liberatione animæ patris sui Ludouici Imperatoris



eleemosynas & orationes patrauit. Idem in Italiam ueniens cum Ioanne Papa & Ludouico Imperatore fratris sui filio colloquium habuit. Idem cum Zuentibaldo Duce Morauensium subiectionem per legatos promittente, & fidem censumq; annum pollicente, pacem fecit, Boëmanosque idem facientes suscepit. Idem cum fratre Carolo colloquium habuit. Fames magna & pestilentia per Gallias & Germanias facta: tertia ferè pars hominum interiit. Ratchel-  
 fus Veronensis Episcopus obiit, qui sui nominis cellam iuxta Augiensem Insulam construxit. Hemma Regina paralyfi dissoluta est.

Ad oram erat:  
 Ratolszell.

875. Inter Francos & Saxones seditio pæne usq; ad eodem mutuum mota, à Ludouico sedata est. Cometa plus solito scintillans 8. Idus Iunij visus. Villa quædam in pag. Nitensi, Ascabrunno dicta, nocte 5. Non. Iulij, subita tempestate 88. hominibus extinctis ita absumpta & deleta est, ut nec uestigium eius remaneret. Ludouicus Italiae Imperator defunctus, Mediolani in Basilica sancti Ambrosij sepultus est, anno regni 20. Cuius thesauros & regnum patruus eius Carolus Rex Galliarum quasi sibi soli debitum inuasit ac diripuit: unde motus frater eius Ludouicus Rex Germaniæ filiū suum Carolomannū contra eum in Italiam misit, ipseq; cum Æquiuto Gallias regnum eius inuasit. Carolus uerò congregati bello timens dolo & pecunijs mendacijsq; Carolomannum de Italia abegit, seq; discessit & fratrem Ludouicum de regni illius diuisione expectare iurans: quo credulo & reuerso ipse Romam tendens conciliatisq; sibi dolo & pecunijs, Romanis, Imperatorem se à Ioanne Papa coronari fecit, Italiamq; uti uoluit, gentem suam disposuit.

876. Ludouicus Rex precibus populi annuens, de Gallias ne eas vastaret, redijt. Hemma Regina Ratibonæ obiit & in

& in Basilica sancti Emerammi sepulta est. Fresones  
 item Nordmannis pugna victis, plurima spolia diripuerunt.  
 Carolus Imperator fraudulentè de Italia Gallias repetens,  
 noua habitus, actuum, & virorum vanitate, iactantia, & leui-  
 tate vsus, Ludouico fratri procaciter & stultè minitabatur:  
 sed Ludouico exercitum colligente perterritus, crebros &  
 supplices pro pace petenda legatos ad eum mittebat. Inte-  
 rim ipse Ludouicus Rex fortis & religiosus, morbo tactus,  
 apud Franconofurt 5. Calend. Septemb. vita decessit, anno  
 regni 36. & apud Laureshaim Cœnobium sepultus est. reg-  
 numq; eius tres filij, Carolomannus Baioariam, Ludouicus  
 Germaniam, Carolus Alamanniam, singuli cum adiacenti-  
 bus prouincijs acceperunt, pacemq; inter se sacramento fir-  
 mauere. Sed Carolus Galliarum tyrannus, comperta fratris  
 morte, gauisus statim collecto exercitu regnum eius Rheno  
 contiguum inuasit: Quem cum Ludouicus iunior per lega-  
 tos redire pacemq; seruare frustra postulasset, eumq; sibi  
 dolo insidias struere cõperisset, transito Rheno 8. Idus Octo-  
 bris in Ribuarum bello inuito vicit, multisq; occisis & com-  
 prehensis, illum pæne nudum cum paucis turpiter fugere  
 compulit & castra eius cum innumeris spolijs diripuit.  
 877. Linones & Suiffi eorumq; confines defectionem  
 molientes à Ludouici missis facile compressi sunt. Carolus  
 Galliarum Imperator tyrannicus, ætate item Italiam in-  
 gressus, cum Carolomannum quoq; fratris sui filium, se inui-  
 to, transcens Alpibus, pugna secum cõgredi velle cogno-  
 uisset, fugam more suo iniit, & inter fugiendum dysenteria  
 correptus periit, anno regni 37. & in Burgondia Agauni se-  
 pulchrum est, post quem filius eius Ludouicus Balbus regnum  
 Galliarum accepit; & apud patruales de omnibus patris in-  
 iurijs per legatos se excusans, pacem cum eis fecit. Carolo-  
 mannus verò disposita, prout voluit, Italia, in Baioariam re-  
 dit

didit. Febris Italica, tussis, & dolor oculorum, & pestilentia multos grauiter vexauit & extinxit.

878. Ludouicus Rex Germaniæ cum fratre Carolo regnum Lotharij diuisit. Lantpertus & Adalpertus Comites Romam cum manu valida petentes, Ioanne Papa sub custodia retento, principes Romanorum fidem Carolomanno sacramento firmare coegerunt. Vnde idem Papa commotus Ecclesiam S. Petri, omnibus thesauris Lateranis translatis, clausit diuinaq; inibi officia celebrare prohibuit, ipseq; per mare Tyrrhenum Gallias adiens totum pene inibi moratus est annum: deinde sumpto secum Bosone quodam, qui propria vxore veneno necata, filiam Ludouici Italiæ Imperatoris vi rapuerat, quemq; Carolus prouinciæ præfecerat, Romam redijt, ipsiq; regnum Italiæ subijcere & Carolomanno auferre studuit. Eclipsis solis 7. Calend. Nouemb. post nonam horam facta: magnaq; hominum & bouum pestilentia.

879. Carolomannus Rex Baiuariæ paralyti dissolutus & sum loquendi amisit: ad quem Ludouicus frater visendum veniens, regnum Baiariæ disposuit. Ludouicus Balbus filius Caroli, Rex Galliarum 3. Idus Aprilis Compendij obiit, ibiq; sepelitur. Carolo filio posthumo relicto, duobusq; alijs non legitima coniuge natis, Ludouico scilicet & Carolomanno in regnū illi succedentibus, quo mortuo Ludouico Rex Germaniæ statim contiguā sibi Galliam Belicā petit, indeq; rursus in Baiariā à quibusdā vocat<sup>o</sup>, quæ videbantur dispositis fratremq; Carolomannū ægrotum, scripto ei res suas (quæ lingua nō potuit) commendantē inuisit, eiq; ministrarunt principes nonnullos deputauit. Itemq; missis copijs Hugonem Lotharij Regis & Valdradæ filium in Gallia Belgica tyrannidem exercentem cum suis compressit, Bolo Burgundia inuasa tyrannidem exercet.

880. Hyems proluxa & nimis frigida facta. Ludouicus Rex Germaniæ in Gallias veniens, & filios Ludouici Balbi ad se venientes suscipiens, pacem cum eis fecit, totumq; Lotharij regnum sibi subijcit. Ipse inuito cum Nordmannis, qui in Scilta fluuio residebant, prælio, plus quam quinq; millia ex eis occidit; ibiq; Hugo ex concubina filius eius cecidit. Item Nordmanni inita cum Saxonibus pugna, victores, duos Episcopos, 12. Comites, 18. regios milites cum secuta magna multitudine peremerunt & captiuos multos duxerunt. Sorabi, Dalmatae, & Boëmani, Sclauj, collecto exercitu Thuringiã iuxta fluuium Salam populati à Popone Marchione circumuenti, omnes perempti sunt. Carolomannus Rex Baiariæ fortis, prudens, & pius II. Calend. Aprilis apud villã Ottingã obiit & sepelitur. Ludouicus Rex Germaniæ frater eius milis item contra Hugonem in Gallias copijs, cruentam adeptus est victoriam. Eius item auxilio freti filij Ludouici Balbi Bosonem tyrannum vltra Rhodanum persequuti sunt & in Viennam compellunt, & Madasconã urbem captam subijciunt. Nordmanni Gallias itemq; Friesiam igne, præda, cedeq; vastantes, tandem Nouiomagum muniunt, & in palatio Regis hiemare disponunt: cõtra quos Ludouicus inoto exercitu, impediẽte hyeme, parũ proficere potuit. Magna sterilitas frugum Germaniam affligit.

881. Hyems item sæua & proluxa magna; fames facta est. Ludouicus Rex Germaniæ Hugonem ad deditiõem venientem benigne suscepit, rursusq; rebellantem persecutus in Burgondiam pepulit. Ludouicus Rex Galliarum cum Nordmannis pugnans 9000. equitum victor prostrauit: illi verò collectis rursus copijs, regnum Ludouici Germaniæ Regis perunt. Cameracum, Traiectũ, Hispanicũ pagũ, Ribuariam totam, Prumiã, Stabulau, Mamuldarium, Vidam & alia per plura loca vastant, Aquisgrani in capella Regis equos suos stabu-

stabulant, Coloniã Agrippinam & Bunnam vnã cum Ecclesijs incendunt; contra quos Ludouicus Rex cum morbo detentus venire nõ posset, exercitum misit. Terrã motus interrim magnus 3. Calend. Ianuarij Moguntiaci factus. Eodem anno Carolus Rex frater Ludouici Italiam petens Romamq; veniens vnã cum Regina Richgarda imperiali vnctione à Iohanne Papa coronatur.

882. Cometa vltra modum comas spargens 15. Calend. Februarij visus. Ludouicus Rex Germaniã crescente morbo 13. Calend. Febr. defunctus & Laureshaim iuxta patrem Æquiuocum sepultus est. Quo audito exercitus contra Nordmannos missus infecto negotio redijt: Nordmanni verò nullo resistente, residua circumcirca vastantes, Wlalach Mettensem Episcopum incautẽ occurrentem occidunt, & inter alia multa mala Treuirensẽ quoq; vrbem flagatis & occisis ciuibus, Nonis Aprilis incendunt, vastatãq; incensa regione in munitionem suam, quẽ Ascaloha dicitur, iuxta Mosam fluium, redierunt. Carolus Imperator de Italia reuersus, habito VVormaciã conuentu, regnoq; fratri accepto, magno collecto exercitu, Nordmannos cum Regibus suis per 12. dies obsedit: cumq; magno æstu & feritate præter mutua tela vtrinq; vexarentur, & immensa tempestate horrida; grandine 12. Calend. Augusti exorta perturbarentur; visa expugnãdi difficultate, perentibus hostibus, pacemq; deinceps regno eius sacramento pollicentibus, datis obsidibus, cum Rege eorum Sigefrido mutuum colloquium habuit; eumq; Christianitatem professum de baptismo suscepit, datisq; mutuo muneribus & firmata pace & amicitia digressi sunt. Otto inter Saxones & Thuringios bello, Saxones superiores extitere. Pestilentia magna in Barioaria facta.

883. Carolus Imperator celebrato in Alamannia Natali Domini

Domini, ad sancti Galli quoque Cœnobium venit, ibique petente Hardmote Abbate iam sene Bernhardum pro eo constituit Abbatem, qui eidem loco 7. annis præfuit: ipseque Ratibonæ Pascha egit. Romæ Ioannes Papa, dato sibi à quodam propinquo suo veneno, cum adhuc victurus putaretur, malleo percussus in cerebro expiravit, percussorque eius concurrere turba, eadem hora à nullo læsus cecidit mortuus. Et Martinus Archidiaconus Papa CXIII. factus, præfuit anno

*al. Marimus  
archid. Papa  
CX.*

884. Baioarij in Italiam contra VVidonem missi. Item Zyventibald Pannonias immanissime vastans, quosdam ex Baioarijs iuxta Rabam flumen incaute congressos, vicit, occisisque alijs nonnullos comprehendit. Carolomannus Rex Galliarum filius Ludovvici Balbi, cum multam pecuniam Nordmannis pro pace dedisset, in venatu ab apro percussus interijt, anno regni 7. & regnum Galliarum ad Carolum Imperatorem redijt. Carolus Imperator in citeriore Pannonia conventum habens Zyventibaldum Ducem Marahensium, per manus se dominio eius tradentem, pacemque & seruitium promittentem suscepit. Itemque Brazlauonem Ducem, qui inter Draum & Sauum fluuios Pannoniarum præfuit, nihilominus se tradentem, accepit: ipse per Carentanum in Italiam veniens Natalem Domini Pape celebravit.

A a a a

885. Im-

885. Imperator Carolus habito in Italia conuentu VV. donem Ducem Spoletanum se excusantem seque subditem suscepit: Inde Gallias adiens, susceptisque primoribus, regni illud, ut videbatur, disponens, ad conditum cum Papa placitum V Vormaciam venit. Sed Papa ad eum veniendi arripito itinere obiit, Romaeque pro eo Adrianus III. Papa CXI. fedit anno vno, mensib. 4. Gotafridus Rex Nordmannorum peridia contra regnum Francorum insimulatus, ab ipsis accubitoribus dolo peremptus est. Hugo quoque nothus Lochanensis, cum incaute contra Imperatorem agitaret, oculorum luce priuatus est. Pax inter Arnolfum Carentani & Pannoniae Ducem, & Zyventibaldum Marahensem Ducem confirmatur.

886. Imperator celebrato Ratisbonae Natali Domini Italiam a Papa inuitatus adiit, & Luitvardum Vercellensem Episcopum pro quibusdam quaerendis Romam misit. Te multus Papiae inter ciues regiosque milites graui vrorumque damno mouetur. Imperator habito post Pascha Papiae conuentu, per Burgondiam Gallias contra Nordmannos petiit vbi cum male contra eos pugnatum esset, & Henricus Marchio Neustriae occubisset, rebus minus prospere gestis recessit. Peringarius Dux Foroiulienfis cum Luitvarde Episcopo dissentiens, Vercellensem urbem expoliat. Inundatio insolita autumnii tempore facta, exundantibus aquis plurimas villas euertit, & multis in montibus vias diruit, multaque mortalibus intulit. Romae V. Stephanus Papa CXII. post Adrianum ordinatus sedit annis. 6.

887. Imperator Carolus in Alsatia graui infirmitate detentus iacuit, & parum conualecens incisionem capitis pertulit; habitoque in Alamannia conuentu in villa VVeiblinga, Peringarium Ducem ad deditionem venientem, & Luitvarde Episcopo satisficientem suscepit. Mortuus Bolo-

Bosone filius eius ex filia Ludouici Italiae Imperatoris puer Ludouicus ad Carolum Imperatorem veniens, benignè ab eo susceptus, & in filium adoptatus est Richarda Imperatrix adulterij cum Luitvardo Vercellensi Episcopo, qui apud eam & Imperatorem familiariter in palatio vigebar, ab Imperatore, & alijs incusata, diuino iudicio ab omnisevirorum cõmixtione integram & eatenus virginem se comprobauit; quamuis iam duodecim annis in coniugio Imperatoris apparuerit: Moxq; ab eo separata in Andelahése cœnobium virginum à se constructū secessit, ibiq; sedula in diuino seruitio virgo Regina permansit. Deinde Carolus Imperator grauiter infirmatus, mente etiã, vt videbatur, minus valuit, oēsq; regni Principes auerso iam ab eo animo, cùm apud Franconofurt conuentū habuisset, vnanimiter eum deseruere, & Arnolsum fratris eius Carlomanni filium non ex legitima coniuge, sed tñ nobili natū, Carenthani scilicet Ducem, super se Regem constituere. Carolus verò cum se à cunctis omnino ministris etiam & seruis suis deserit & à solo Luitperto Moguntienfi Archiepiscopo adhuc vidisset sustentari, supplex iam Arnolfo munera misit, & pauca ab eo in Alamannia vsq; ad obitum suum prædia postulans impetrauit. 888. Carolus imperio iam priuatus, Deo deuotè seruiens in villa Alamanniae Indinga infirmatus, & vt quidam perhibent, à suis strangulatus, Idibus Ianuarij vita decessit: & quibusdam videntibus, cælo aperto & lumine super eum apparente, Augiam delatus, iuxta altare sanctæ Mariæ sepultus est. Arnolfo Rege Natali Domini Paschaque Ratibonæ morante, multis Regulis emergentibus, Perengarius filius Eberhardi in Italia Regem se fecit; Rodolfus filius Conradi in Burgundia; Ludouicus filius Bosonis & Vido filii Lamperti in Gallia Belgica & Prouincia; Odo filius Rudberti in Gallia vsq; ad Lierim & in Aquitania vltraq; in Gallia

*Ad oram hæc  
erant: Carolus  
Grossus Au-  
gie sepultus.  
Richarda e-  
ius uxor, vir-  
go.*



Ramolfus regium nomen \* nichil inuasere: è quibus Odo Arnolfum Regem Franciam petentem humiliter adiens & benignè susceptus, permisso eius inuasum retinuit regnum. Itidem Rodolfus Ratisbonā ad eum veniens favore ei<sup>9</sup> persuasam impetrauit Burgundiā. Nihilominus cum Italiā vellet Rex Arnolfus petere, obuiam venienti Peringario, qui paulo ante cum V Vidone conflixerat tyranno, paucis exceptis totam concessit Italiam. In expeditione ingens equorū pellentia facta, Augiæ Rudolpho Abbati Hatto successit: profuit annis 25, qui cellam & Basilicam sancti Georgij in insula construxit.

889. Luitpertus venerabilis omniq; laude dignus Mogetiæ sedis Archiepiscopus hac vita decessit: cui Sunderold successit. Calamitosus iste annus morbis ac pestilentia, aquarum inundationibus, insolitis tempestatibus, turbinibus & grandinibus multis, fame, peste, & quaq; versum bellis locialibus comprouincialiū fuit. In Thuringia torrens in niuis defluens, tres in momento villas absumpsit, & 300. homines cum pecorib<sup>9</sup> multis extinxit. Arnolfus Rex Zventibaldo & Ratoldo filijs suis ex cōcubina natis subiectionem à Francis promitti vix effecit, si ei legitimus non nasceretur filius. Magna contra Abodritas expeditio ab eo, sed paruo effectu mota est.

890. Arnolfus Rex Itabito in Pannonia de diuersis colloquio à Zventibaldo Duce Marahensi ex verbis Apostolici obnixè rogatur, vt Romam veniens Italiamq; sub ditione sui retinēs à tantis eam eruat tyrannis. Quod ille alijs prepeditus ad presens facere distulit. Iterum conuentu apud Forcheim acto, Ludouici Imperatoris Italiæ filiam Bosonius duam ad se cum muneribus venientem, benigne suscepit. Inde Constantiam Augiamq; orandi gratia adijt: inde Ratisponam redijt.

891. Apud S. Gallum post Bernhardum Salomon Abbas  
 præfuit annis 30. S. Salomon secundus Constantiæ venerabilis  
 Episcopus obiit: pro quo tertius Salomon, de cœnobio  
 sancti Galli Abbas, Episcopus promotus præfuit annos 30.  
 Embricho Ratisponensis Episcopus vita & ætate verendus  
 obiit. ipsaq; vrbs (exceptus diuinitus sancti Emerammi san-  
 ctiq; Cassiani Ecclesiasticus) 4. Idus Augusti incendio tota  
 conflagravit. Gordianni item Franciam Rheno cõtiguam va-  
 stant, contra quos exercitu misso prælioq; incautè conferto,  
 Sunderolt Mogontiensis Archiepiscopus cum alijs multis  
 peremptus occubuit, cæteriq; fugerunt: pro quo Hatto Au-  
 giensis Abbas, vir ingeniosus, Archiepiscopus promouetur.  
 Arnolfus verò Rex Nordmannos victoria elatos, & regnum  
 Lotharij vastantes cum exercitu insequens, iuxta fluuium  
 Dila, palustribus locis munitos, manumq; pugna conferere  
 drepitantes offendit. Qui milites adhortatus, equis propter  
 loci difficultatem dimissis, pedes eos aggreditur; clamor  
 atollitur, res deinde gladijs cominus eminus geritur, vnoq;  
 tantum milite ex nostris perempto, duo Nordmannorum  
 Reges Sigifridus & Godrafridus totusq; eius exercitus mul-  
 tis millijs numerosus, trucidatus ferro, & in flumine fugam  
 impediante dimersus, ad internecionem deletur. Et Rex eã-  
 dem, litanijs celebratis & Deo laudib; redditis multisq; ho-  
 stium spolijs direptis, in Alamañiam venit, & Natalem Do-  
 mini Vlmæ celebrauit.

892. Apud Gallias Carolus adolescens Ludouici Balbi post-  
 humus filius, à quibusdam primatibus Rex effectus, multa  
 deinceps Odoni mala fecit, & ab eo vicissim sustinuit. Arnol-  
 fus Rex Pannonias adiens, cum Zventibaldum Ducem  
 Marahensem iterum sibi rebellantẽ cognouisset, colloquio  
 cum Brazlacione Duce Pannoniæ vterioris habito, trifari-  
 am cum tribus exercitibus, Vngaris etiam auxiliatoribus,

nuper illas in partes aduentantibus per continuum mensem Marahensem deuastat regionem: ipse etiam eodem tempore priscam cum Vulgaris renouat amicitiam, Popo ductu Thuringiæ priuatus est. Romæ post Stephanum Formosum prius Portuensis Episcopus Papa CXIII, sedit annis 4 mensibus 7.

893. Engilstalculus Marchio Pannoniæ, iudicio Noricorum excæcatus, & patruelis eius V Vilhelmus decollatus est. Arnolfus Rex Marahensem iterum vastat regionem, ipsi Regi ex Vta Regina Ludouicus filius nascitur, & à Hatone Archiepiscopo Mogontienfi & Adalberone Augustensi Episcopo nobili baptisatur, & sacro Chrismate ungitur. Formosus Papa missis epistolis & legatis, Arnolfum Regem ad suscipiendam & eruedã à tyrannis maximeq; à V Vidone Italiam magnopere inuitat: quod ille annuens legatos muneribus donatos remittit. Hyems sequa & diutina hoc anno facta.

894. Tonitruum magnum 5. Calend. Feb. factum. Vidone Italiæ tyranno mortuo, Angiltruda vidua eius cum filio Lamperto tyrannidem inuasit.

895. Arnolfus Rex Hildigardam Ludouici Regis patri sui filiã, cuius maximo molimine, deiecto Carolo, Rex factus fuerat, exilio damnat. Synod<sup>o</sup> magna apud Tiburiã collecta. Arnolfus Rex cum Odone Galliarũ Rege ad se veniente pacem firmat, Caroloq; filio Regis Ludouici \* V Valdi non multo post venienti & munera offerenti, auxiliũ denegat. Ipse etiam Zventibald dum ex concubina suã, Regem super Lotaringij regnum ungi fecit: Itemq; per epistolas à Formoso Papa rogatus Italiam petit Peringariumq; perterritũ, ad ditionem venientem, regnumq; peruasum Italię reddentem suscepit, & V Valfredo Maginfredoq; Comitibus Italiam cis Padum distribuit, & omnia vastando diuisisq; ad superũ & inferum mare copijs, transiens, ipse Natalẽ Domini Lunę celebrauit.

896. Ma-

\* leg. Balbi

896. Magna pluuiarum inundatione exercitu fatigato, & plurimis equis inde amissis Perēgario etiam à fidelitate eius deficiente, & ad Lampertum se conferente, Arnolfus Rex eandē Romā venit, eamq; Angildruda VVidonis vidua cum filio Lamperto machinante, obseratam inueniens, mandato Formosi Papę intus inclusi, celebratis apud sanctū Pandracium litanijs, eam oppugnat: expugnataq; citius vrbe ingressus à Domno Papa honorifice susceptus, Imperatorq; coronatus est, & dispositis ibi rebus primoribusq; sacramēto subactis, Angildrudā persequi statuens, infirmari cępit, metuensq; morbū grauiorem de Italia statim redire accelerauit. Quo reuerso Perengarius ac Lampert<sup>o</sup> diuiso inter se regno Italice tyrannidem exercuere. Lampertus Megensfredum Comitem decollare iussit. Formosus Papa die Paschę obiit, pro quo VI. Bonifacius Papa CXIV. ordinatus 15. die podagra defunctus est. cui VI. Stephanus, Campaniæ prius Episcopus, Papa CXV. substitutus sedit anno vno, qui tyrannis fauens & Arnolfum odians, Formosum Papā 7. post obitum mense effossum & in sella positū, loquente pro eo diacono, criminatū & quasi conuictū degradauit, & per crura de Ecclesia pertractū in Tiberim proijci præcepit: sed diuinis per merita eius miraculis territi ciues Romani, non multo post Stephanum dignè cruciatum eiecerunt, Formosumq; in sepulchrum suum reposerunt. Eodem anno Græcis cum vagantibus hostibus Vngarijs pacem facientibus, Vulgari irati Græciā inuasam, Constantinopolim vsq; deuasant. Interim Græca astutia Vngarij inducti oram Vulgarorum ferro, præda igneq; pessundant. Vulgari reuersi bis ab eis pugna victi & cęsi terga verterunt. Tertio demum diuinam enixius gratiam precati, 20. millibus suorum amissis, cruentam vix profigatis hostibus, meruere victoriam. Tanta etiam fames hoc anno facta, vt innumeri inedia perirent, homi-

hominesq; Christiani nonnulli se inuicem comederent. Arnolfus Imperator quodam edificio cadente cum multis alijs grauiter conterens corpus cecidit.

897. Magna fames in Baioario multos consumpsit. Boemani contra Marahenses ab Arnolfo Imperatore auxilium petunt. Romæ post Stephani interitum Romanus Papa CXVI. sedit mensibus paulò plus 4. & post hunc Theodorus II. Papa CXVII. sedit dies 20. post quem IX. Ioannes Papa CXIIIX. ordinatus, sedit annos duos. Arnolfus Imperator, habito conuentu, nulli fidens, sacramentum fidelitatis denuo sibi & filio paruulo Ludouico à . . . . . exigit.

898. Discordia capitalis inter fratres Zwentibaldum & Mornarum Marahenses Duces facta. Luitpaldus Marchio cum alijs Marahenses \* impm rebelles vastat. Item Baioarij fines Marahensium hyeme vastant.

\*fort. in imperium.

899. Vtâ Regina adulterij crimine cum quibusdam viris infamata, 72. Principum iuramento Ratisbonæ in conuentu absoluta est. Arnolfus Imperator paralyti dissolutus est & nonnulli inde veneficorum maleficij criminati & puniti sunt. Item Baioarij Marahensium terram vastant. Henricus Imperatori rebellans obsessusq; & ad deditionem coactus, ad Marahenses item confugit. Romæ Benedictus IV. Papa CXIX. sedit annis 3. mensibus 5.

900. Arnolfus Imperator Ratisbonæ, vbi frequenter manebat, ægrotans obiit: & in Basilica S. Emerami sepultus est, anno regni 12. pro quo filius eius Ludouicus puerum regnum constitutus est: cuius frater ex cõcubina Zwentibaldus Gallia Belgica Rex, cum crudeliter & temere ageret, res Ecclesiarum affectaret, Ratpotonemq; etiam Treuirensis Archiepiscopus baculo in caput percuteret. suis spretus ac desertus, cum incautè viribus impar pugna cum eis congredi vellet, peremptus est. Baioarij per hoc mane

manos transeuntes ipsis secū assumptis, Marahensem item deuaſtant regionem. Vngarij hoſtes noui Italiam magna ex parte vaſtauerunt & conſerto prælio victores 20. ex Italis vna die peremerunt. Itidem exploratā Baioariam inuadentes circa Anesum flumen plurimas prædas abducunt: item Pannonias depopulatas occupant, Luitpard<sup>us</sup> Marchio quibusdam copijs Vngariorum cum paucis Noricorum congressus vno tantum ex ſuis amiſſo 1200. peremit,

901. Vngarij Caretanum petentes commiſſa pugna victi ceſſiq; fugerunt. Eodem anno Mormarus Dux Marahenſis, & Iſanricus Noricus Comes, qui ad ipſum trãſfugerat, cum Ludouico Rege pacificati ſunt. Vngarij Marahenſes petunt pugnaq; victi terga verterunt. Ipſo anno Beringer, Reginolf, & Gerhart nobiles Germani fratres, filij Atonis Comitum & Adellindæ, non longe ab Duchaugienſi Cœnobio virginum, in pago Alamanniæ Erichgeve, à matre per iustum tempus ſtudioſe in honorem ſancti Cornelij & ſancti Cypriani martyrum conſtructo, cum ſororem virginem nuptum tradere molientes, clam inde abduceret, ab inimicis circumuenti & occiſi ſunt, & à matre ſua apud ipſum cœnobium ſepulti: vbi etiam ipſa, poſtquam Ieroſolymam aſſiſq; loca ſancta cauſa orationis adiit & redijt, diuinis intentis feruitijs & animarum inhians lucris, ſœliciter hanc vitam ſuauis condita eſt. Ipſa filia virgine Æquioca ſua Abbatiffimibi conſtituta eſt.

902. Romæ poſt Benedictum Leo V. prius preſbyter Forrenſis, Papa \* CXX. ſedit menſibus ferme 2. poſt quem, vt <sup>\* m. f. habet</sup> in quibusdam inueni, Chriſtophorus prius Cardinalis, Papa CXXI, ſedit menſibus 4. qui deiectus eſt & monachus factus.

Bbbb

905. Ro-

905. Romæ Sergius III. Papa CXXII, sedit annis 7. mensibus 4.

906. Adalpertus nobilis & bellicosus de Babéberg Francus, commissa cum æmulo suo Conrado pugna, victi, cumq; cum multis alijs petemit.

907. Adalpertus cum prædia eius, utpote rebellantis, Ludovico Rege vastantur, & castrum oppugnaretur, perfidia, ut fama est, Hottonis Archiepiscopi & cuiusdam Luitpaldi, de quibus plurimum confidebat, ad Ludovicum Regem spe pacationis adductus, decollari iussus est. Baioarij cum Vngarijs commissa pugna victi sunt.

908. Vngari Saxoniã & Thuringiam late vastant. Luitpaldus occisus est.

909. Vngarij Alamanniam invadentes vastant.

910. Vngarij Franciam petentes commissa pugna superiores fuere. ADALBERO venerabilis & famosus Augustæ Vindelicæ Episcopus obiit: post quem Hiltine annis 73. præfuit.

911. Ludovicus Rex adolescens moritur & Raci spona pelitur. Post quem deficiente nostris in partibus stemmata regio, Conradus filius Conradi, Rex electus & vinctus regnavit annis 7. Burchardus Dux Alamannie in conventu suo toto tumultu occisus est: pro quo Erchanger ducatum inuadit.

912. Vngarij item Baioariam petentes, congregatis Baioariorum & Alamannorum copijs, iuxta fluvium In egressi magna strage profligantur. Cometæ hoc anno visus.

Rudolfus Rex Burgundiæ obiit, & Rudolfus filius eius regni illius iura disposuit anno 25. Romæ Anastasius II. Papa CXXIII, sedit annis 2. mensibus 2. Apud sanctum Gallum Notkerus magister doctus obiit. Otperrus Episcopus occiditur. Linhart excecatus.

913. Item Vngarij ingressi Alamanniam vastant. Mogontiæ Hattone Archiepiscopo Augensiq; Abbate mortuo.

Heri  
Hug  
914  
quod  
post  
915  
loan  
916  
mann  
Alth  
Thie  
fuit a  
inclu  
917  
bom  
mala  
inua  
sig ta  
benre  
918  
zab.  
919  
regali  
inter F  
Alam  
re Ep  
Notin  
4. ferr  
920  
S. Gal  
921  
922

fun. qui hodie  
Oenus.

Heriger in Episcopatu succedens annis 14. in Abbacia vero  
 Hugo Abbas XXI. annum vnum præfuit. *undique signa*  
 914. Salomon Constantiæ Ep̄s & Abbas Cœnobij S. Galli  
 quodam proteruo captus & in custodiam missus est. Augiæ  
 post Hugonem Thietingus Abbas \* XLIX. præfuit a finis 3. \* *fori. XXII.*  
 Rome Lando Papa CXXIV. sedit mensib. 5. post quē  
 Leo VI. Papa CXXV. mensib. fermē duobus: & post hunc  
 Ioannes X. Papa CXXVI. annis 14. mensib. duobus  
 916. Vngarij item egressi inter alia mala totamp̄ne Alama  
 manniā igne & gladio miserabiliter vastant. Ipso annō apud  
 Altheim coram missō Apostolico Synodus habita. Augiæ  
 Thietingo Abbate defuncto, Heribracht Abbas XXIII. præ  
 fuit ann. 10. Apud S. Gallum B. Virgo VViborada arctius  
 inclusa est. *Ad oram hos erat: VVilibradū inclu-*  
 917. Vngarij p̄ruasa vt ceperant Alamanniā, Basileam v̄re  
 beam destruunt, indeq; Alsacia vastata, Lotharij regnū multa  
 mala faciētes, inuadunt. Erchanger, qui ducatu Alamanniæ  
 inuaserat, cum fratre Bertholdo, Regi Edunrado rebellātes;  
 eiq; tandem ad deditiōem spe pactionis venientes, ipso iu  
 uente apud villam Adingā decollantur 12. Calen. Feb.  
 918. Burchardus Dux Alamanniæ factus tyrannidem in  
 uoluit. Conradus Rex obiit. *Ad oram hos erat: VVilibradū inclu-*  
 919. Henricus Comes natione Saxin Regē electus sine  
 regali unctione regnauit annis 18. Pugna apud VVinterturū  
 inter Rudolfum Regem Burgundiæ, & Burghardū Ducem  
 Alamanniæ commissa; Rex a Duce victus fugatur, Salomo  
 ne Epo Constantiensi Abbateq; Cœnobij S. Galli defuncto,  
 Notinger in Episcopatu annis 17. Hartmānus in Abbacia  
 920. ferme annis successere. illa *Ad oram hos erat: VVilibradū inclu-*  
 921. Carolus Rex Galliarum in Franciam venit, V Apud  
 S. Gallum Rachildis yirgo inclusa est. *Ad oram hos erat: VVilibradū inclu-*  
 922.

Bbbb 2 922. Lu-



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



922. Luithardus à Burghardo Duce, oppresso Heriberto, Augiæ præpositus, & fratres in exilium missi sunt. Sanguis Domini in Augiam Insulam à quadam matrona deferretur, sicuti literis inibi historica relatione continetur. Apud sanctum Gallum Engilbertus Abbas constitutus annis 9. præfuit.

923.

924. Sanctus Vdalricus Augustæ Vindeliciæ Episcopus ordinatus, mira pietate & religione præfuit anni 50.

925. Vngariis liam Alamanniam vastando peruagantibus, & ad Cœnobium quoq; S. Galli peruenientibus, VViborada virgo inclusa, fracta cella à quodam ex eis perempta & martyrio coronata. Rachildisq; conestalis eius illa sola diuinitus conseruata est.

926. Vngarij vastata Alamannia, totam Franciam, Alti- am, atq; Galliam igne, & gladio sæuientes percurrunt. Burghardus Dux occiditur. Henricus Rex magnum contumtum VVormaciæ habuit. Herimannus Alamanniæ Dux promouetur. Augiæ Luithardus Abbas XXI. effectus præfuit annis 8.

927. Heriger Mogontiensis Archiepiscopus obiit, & pro eo Hildipertus Archipræsulatum accepit.

928.

929. Romæ Stephanus VII. Papa CXXVII. sedit annis 4 mense vno.

930. Henricus Rex Boëmiam petit.

931. Romæ Ioannes vndecimus CXXIIIX. sedit annis 4. Henricus Rex Reges Abodritarum & Nordmannorum Christianos fieri fecit, ipseq; Gallias petijt.

932. Vngarij Soraborum prouinciam petentes ab exitu Regis Henrici cæde profligati, fugati, multiq; ex eis capti sunt.

-1111111111

8888

933. April

933. Apud sanctum Gallum Thieto Abbas præfuit annis ferme 10.

934. Constantinæ Notingo Episcopo defuncto, Conradus, genere & vita prænobilis præsul ordinatus, 41. per annos illam nobiliter rexit Ecclesiam. Augie quoq; post Luit-hardum Alavvicus venerabilis Abbas XXII. præfuit annis 25. Eberhardus Argentinensis præpositus proximus incolæ cellæ Meginradi venit.

935. Romæ Leo VII. Papa CXXIX. sedit annis 3. mensibus 6.

936. Henricus Rex obiit, & in Saxonia apud Chutlineburg Cœnobium Virginum sepultus est: pro quo Otto filius eius regni gubernacula accipiens 38. ferme annis strenue rexit.

937. Vngarij per Baioariam Alamanniamq; & Orientalem Franciam prædis, gladio, igneq; furêdo vagantes, transiit Vvormaciæ Rheno, Alsatiæ, regnum Lotharij, & adiacentes vsq; ad Oceanum Gallias vastantes, per Burgundiam Italiamq; tandem in Pannoniam redierunt: monasteria S. Bonifacij, sanctiq; Galli incendio conflagrauerunt. Ipso anno Rudolfus Burgundiæ Rex defunctus Agauni apud sanctum Mauricium sepultus est: filius eius Conradus regnum pro eo suscepit. Arnolfo etiam Baioariæ Duce mortuo, Ducatum eius Bertolfus accepit. Baioarij cum multis alijs Ottoni Regi rebellant.

938. Otto Rex contra Baioarios procinctus mouit: interim frater eius Henricus ab Eberhardo comprehensus est: quo liberato, Eberhardoq; in exilium relegato, denuò Noticos cum exercitu inuasit, omnesq; præter Arnolfi Ducis filium Arnolfum subiugauit, interim Vngarij Saxoniam inuadentes à Saxonibus pugna victicæsiq; fugantur. Romæ Stephanus IX. Papa CXXX. sedit annis 3. mensibus 4.

Bbbb 3

Otto

*Ad oram erat  
adscriptum:  
sanctus Conra-  
dus Episcopus  
Constantien-  
sis.*

939. Otto Rex Lataringos rebellantes petens vsque ad Caprimontem cum exercitu venit: interim Ludovicus Rex Galliarum Caroli filius Alsatiam inuasit: sed mox Otone hoc comperto redeunte, perterritus regnum suum cepit: cumq; castrum Brisacha ab Otone Rege obsestum oppugnaretur, capita rebellionis Eberhardus Dux occisus & Gisalpertus Dux in Rheno submersus interierunt, Episcopi q; & alij qui cum eis contra Regem venerant, fugati & dispersi sunt. Otto vero Rex dedito castro in regnum Lotharrij reuersus cunctos sibi rebelles, præter Mettensem Episcopum, subiugauit. Henricus quoq; frater eius proiectis armis ipsi se subdit.

940. Otto Rex Gallias contra Ludovicum Regem petens, magnam prouincię partem, vsq; ad Sequanam amnem vastauit, & Hugonem, Heribertū Principes ad se venientes suscepit. Hyems sæua hoc anno facta & pestis animalium subsecuta. Hugo filius Richardi moritur.

941. Nota, Dux Lutpoldus Austriæ occisus fuit cum multis militibus anno ab Incarnatione Domini 85. 4. Calend. Iunij & fecerunt ciuitates siluestres, quæ dicuntur VVastet: postea anno 85. multæ gentes volebant destruxisse illam prouinciã, quæ dicitur Glarus, & venerunt petentis; postea illi Glarenfes venerunt cum 80. viris & occiderunt bene 300. qui turpiter dederunt fugam.

942. Otto Rex cum Ludovico Rege Galliarum pacificatur. Cometa per noctes 14. visus & immensa animalium pestilentia facta. Romæ Marinus secundus Papa CXXXI. sedit annos 3. menses 6.

943. Vngarij item Baiorios inuadentes, pugna cum eis commissa victi terga verterunt. Apud sanctum Gallum Grigolo Abbas præfuit annis 17.

944. Terræ motus factus est 16. Calend. Maij.

945. Romæ Agapirus II. Papa CXXXII. sedit annis ferme 10. Otto Rex Galliam inferiorem petit. Tietlandus Patruen, primus Abbas loci.

946. Apud sanctum Gallum Rachildis virgo inclusa migravit ad Dominum.

947. Bertolfo Duce Baioriæ defuncto, Heinrichus frater Ottonis Regis, ducatum illum accepit. Luitolfus filius Regis Itam laudabilem fæminam duxit vxorem. Mirmidona igne consumitur.

(Nota. anno ab Incarnatione \* 73. 90. propria quarta feria post Natiuitatem Domini fuerunt fulgura & tonitrua terra media nocte.)

Thiertlandus Abbas monasterij heremitarum, qui facit glossam super epistolas S. Pauli.

948. Herimannus Dux Alamanniæ, qui prouinciæ sibi creditæ cultum, habitum, mores, instituta multum, vt fertur, honestauerat, defunctus, Augiæq; in capella S. Chilianii sepultus est: & Luitolfus filius Regis Ottonis, vir omnium sui temporis vniuerso populo acceptissimus, Dux pro eo à patre suo constitutus est. Synodus magna 30. Episcoporum coram Ottone & Ludouico Regibus apud Ingelenheim habita est. ipso anno Londaugia incendio conflagrat. Capella cœnobio sancti Meginradi cœlitus consecrata est 18. Calend Octobris.

949. Lothario Rege Italiæ mortuo, Beringarius regnum inuasit, viduamq; eius Adalhaidem Rudolphi Regis Burgundiæ filiam multis iniurijs afflixit & coarctauit: qua vix fuga elapsa Ottonis Regis aduentum in multis angustijs prærolatur. Gregorius 2. pater ac nobilissimus venit.

950. Otto Rex Italiani petijt eamq; subijciens sibi, Beringarium Regem resistere non valentem pepulit, Dominamq; Adalhaidem suam futuram coniugem liberauit.



\* al. 25.

951. Synodus \*15. Episcoporum magnusque totius regni Principum conuentus apud Augustam Vindelicam coadunatur; ibique Beringarius Ottoni Regi ad deditionem venit; ei que subiectionem promittit. Inter alia prodigia ignitus lapis, quasi massa cadentis ferri ab Occidente per aera venit, & draco visus est ambulans.

952. Otto Rex Boemiam, & filius eius Luitolfus Dux Italianam petiuit. Otto Rex vno cum filio suo Luitolfo Italianam item ingreditur, & nuptiae regales Papiam celebrantur. Discordia inter Luitolfum Ducem & patruum eius Heinricum Ducem agitata. Friduricus Mogontiae Archiepiscopus & Hartpertus Curiae Episcopus Romam a Rege missi sunt.

953. Otto Rex fratri Heinrico fauens filium contra se incitauit Luitolfum, magna que totius regni turbatio diuersarum studijs partium facta est. Arnolfus filius Arnolphi quondam Dux Noricorum, partibus se Luitolfi contra Regem iungens, Augustensem urbem Episcopatum que depraedatur, & beatum Vdalricum Episcopum Regi fidum in castello Mandichinda obsessum capere vel occidere nititur: sed superueniente cum copijs militum Adalberto de Martiale Comite & Theodaldo Episcopi fratre item Comite, pugna victus, turpiter repulsus est, diuina que vltione cum ceteris fautoribus non multo post digne punitus. In ea congressione Adalbertus Comes parum vulneratus moritur, & a sancto Episcopo Augustae honorifice sepelitur. Secuto tempore cum inualecente discordia Otto Rex & filius eius Luitolfus Dux collectis contra se inuicem exercitibus iuxta fluvium Hilaram, & villam vocabulo Tussam, iam que pugna confecturi consedisent, intercurrentibus sanctis Episcopis Vdalrico Augustensi & Halperto Curienfi, Deo donante, pacificati & confederati sunt.

954. Vngarij item egressi Franciam, Baioariam, Italianamque deuastant.

*Adoram  
hecerant:  
Pugna in  
Mennchingen  
facta tempore  
S. Vdalrici.*

955. Vngarij cum tantis, vt nunquam ante, copijs percurfa Baioaria, Licum fluuium tranfeunt, Basilicam sanctæ Afræ Augustę incendunt, sanctum Episcopum Vdalricum multa instantia diuinum implorantem auxilium Augustæ cum suis obsessum armis circumstrepunt: sed superueniente cum exercitu Ottone Rege III. \* VV. Aug. pugna valida nimis committitur, multum humani sanguinis funditur, cædes Vngariorum immensa sequitur, alueus fluminis fugientium cadaueribus oppletur, & paucissimis fuga elapsis, innumeras eorum exercitus ad interuentionem deletur; ipsi, qui tunc effugere poterant, per totâ postea passim Baioariam capti trucidatiq; sunt: inter quos Reges eorum comprehensi Ratisponæ patibulis suspensi sunt. in ipsa pugna ex nostra parte inter alios multos Conradus Dux bellicosus & primogenitus regis & sancti frater Episcopi, Theodaldus sororis eius filius, Reginbaldus Comes auie mee Perthę patruus occubere. Romæ Ioannes XII. qui & Octavianus Papa CXXXIII. sedente annis 8. mensibus 4. qui tanti ordinis, heu pro dolor, oblitus, vanitati & spurcitię vitam suam deditus duxit, Mogontię Fridericus Archiepiscopus decessit eiq; Harro successit. Henricus quoq; frater Regis Baioarij Dux moriens filium Equiuocum successorem reliquit.

\* legend. 4. I. dus Augusti.

Reginbaldus auie Hermannipatrum.

956. Luitolfus Dux Italiam hostiliter inuasit fugatoq; Berengario & filio eius, Papiam vrbe prouinciaq; potitus est.

957. Luitolfus Dux commissa pugna Adalpertum vicit, cunctisq; sibi vnâ cum regno Italiæ subiugatis, ipse eodem anno apud Plumbiam immaturo obitu vita decessit, & magno multorum luctu Mogontię sepultus est, Ottone filio adhuc paruulo superstite relicto. Et Burghardus Alamanniæ Ducatum accepit.

958. Alavico Augiæ Abbate defuncto Eggehardus Abbas XXIII. præfuit annis 15. qui Ecclesiam sancti Ioannis

Cccc

Bapti-

Baptistæ formoso inibi artificio construxit. Nonnullis hominibus signa Crucis in vestibus apparent. Eberhardus Argentinenſis Præpoſitus cum magno apparatu in cellam ſancti Meginradi veniens, ibiq; regularē vitam iſtituens poli eius introitum 25. anno ad Dominum migravit.

959. Apud S. Gallum Anno Abbas præfuit anno paulo plus vno.

960. Apud S. Gallum Burghardus Abbas præfuit anno Gregorius Abbas efficitur.

961. Otto Rex filium ſuum Æquiucum, ex Adelhaido Regina, Regem eligi fecit: & ipſe Italiam cum exercitu petijt. Signum in Sole apparuit.

962. Otto Rex Romam veniens à Ioanne ſeu Octaviano Papa imperiali vñctione coronatur, ipſeq; Papam pro ſceleribus, quæ fama de illo vulgabat, arguens, eius corrigenæ turpitudinem non valebat.

963. Otto Imperator Natalem Domini Papiæ moratus, ipſo anno cum propter alia tum maximè propter Ioannis ſcelera, quæ magis magisq; infamari audiebat, diiudicanda Romam venit. Quo comperto idem Papa fugiens, Campaniam petijt, ibiq; in ſylvis & montibus latitavit: in curia cum à Romanis & Imperatore electus vir venerabilis Leo VIII. Papaq; CXXXIV. ordinatus eſt.

964. Imperator Otto Natalem Domini Romæ egit, & que alias inde Italiæ partes luſtrante, Romani non multo poſt contra Leonem Papam inſurgentes eum neci dare, Ioannemq; reducere moliuntur, Papa verò fugiens ex urbe in partes Spoleti ad Imperatorem venit, ſuas illi conqueſtus iniurias: cum iratus Imperator Romam inſeſto exercitu peteret, mors illi Ioannis ſclerati nunciatur: & Benedictus Diaconus à Romanis Papa poſtularur: abnuente vero Imperatore, idem Benedictus eius nominis V, Papa CXXXV. aſcendit.

nolente Imperatore sedit mensibus 2. & ciuitas ab Imperatore obfessa est, tantaq; fame oppreffa, vt modius furfuris 30. veniret denarijs, nec multo post afflictis subactisq; Romanis, Imperator dedita vrbe traditoq; Benedicto, Leonē Papam restituit, eiq; subiectionem & fidelitatem à Romanis sacramento promitti fecit. Quicūq; Papa multis postea ab ipsis affectus iniurijs. Eodem anno Rege Romæ morante cum ceteris Principibus, idem Papa consecrationē Capellæ cælitus factam in Cœnobio S. Meginradi, coram Principibus, scriptis confirmauit.

965. Otto Imperator Natalem Domini item Papiæ manens indeq; per montem Cenerum de Italia rediens octauum Epiphaniæ Curia egit: Burghardus verò Dux Sueuorum Italiam hostiliter inuadens, Adalbertum pugna victum fugauit, fratremq; eius VVidonem occidit & (ad) Imperatorem victor redijt. Ipso anno Brun Agrippinæ venerabilis *Colonia* Archiepiscopus frater Ottonis obiit: cuius vita literis edita à quibusdam habetur.

966. Romæ defuncto Leone Ioannes 13. prius Narniensis Episcopus, Papa CXXXVI. in ordine sedit an. plus minus 7.

967. Eclipsis solis 11. Calend. Decemb. facta.

969. Hoc tempore Rodfredus Comes & Petr<sup>o</sup> præfectus cum alijs quibusdam Romanis Ioannē Papam comprehensum, & in castellū S. Angeli retrusum, & in exilium demum in Campaniam missum per 10. & amplius menses affligunt; donec Rodfredo occiso à Ioanne quodam, Crescentij filio, ad suam sedem vix tandem relaxatus rediret.

970. Otto Imperator Italicas iterum inuasit prouincias, Romamq; veniens iniurias Domini Papæ grauiter in auctoribus sceleris partim exilijs, partim patibulis, varijsq; poenis, & abominationibus iudicauit.



971. Otto Imperator, cum in Italia moraretur, beatus Vdalicus Augustensis Episcopus iam grandævus & infirmus, cum Romam causa orationis petisset, eum adiit & Episcopatum Adelberoni Clerico fororis suæ Luitgardæ & Peiræ Comitis filio ab eo impetrauit. Signum quoddam igni coloris in cælo apparuit.

972. Augiæ Egghardo Abbate, ob res Ecclesiæ in paupertatē redactas, in cufato, & ab Imperatore Ottone priuato, Rudmandus Præpositus Abbas XXIV. promotus, præfuit annis 24. nimisq; Abbatia ditauit. Synodus apud Ingleheim ab Episcopis collecta est, ibiq; B. Ep̄s Vdalicus & Adalbero fororis eius filius, transgressionis Canonum accusati, causa sua dicta & excusata, absoluti reuertuntur. Romæ Benedictus VI. Papa CXXXVII. præfuit anno 1. mensibus 4. Apud S. Gallum Notkerus Abbas 4. 6. annos præfuit. Ratibonæ S. VVolfgangus Episcopus factus est.

973. Cum beatus Episcopus Vdalicus apud Dilinga castrum cum Richvino Comite fratris sui Theodvvaldi filio Pascha ageret, Adalbero Clericus, futurus post eum, vsperabatur, Ep̄s, ibidem fleothomatus subita morte petiit Augustæq; in Basilica S. Afræ ab auunculo Ep̄o S. sepultus est. Ipse B. Episcopus inter alia bona Abbatia Vttenburum sibi subditam, libertatis priuilegio ab Imperatore absolute impetrauit. Otto Imperator per ipsum tempus Non. Maii subito mortuus, apud Parthenopolim, quæ Magedeburg dicitur, vbi Archiepiscopatum summo studio fecerat, sepultus est; & filius eius Otto II. regni pro eo iura suscepit. Sanctus quoq; Vdalicus Augustensis Episcopus longa infirmitate decoctus anno ætatis 83. Episcopatus verò 50. feria 4. Non. Iulij fœlici obitu migravit ad Dominum, & Basilica sanctæ Afræ Martyris venerabili VVolfango Ratibonensi Episcopo tumultus, innumeris vsque hodie claris miraculis.

S. VVolfgangus.

Phlebotomatus.

miraculis: post quem Henricus Augustæ Episcopus factus, præfuit annis 9. Burghardus etiam Dux Alamanniæ defunctus, Augiæq; in capella sancti Erasmi conditus est: & Otto filius Luitolfi paternum pro eo ducatum recepit.

974. Romæ Benedictus Papa criminatus à Romanis, & Crescentio Theodoræ filio in castello sancti Angeli custodiæ mancipatus, ibiq; strangulatus est: & \* ea iuuentute Bonifacius Ferrutij filius Papa ordinatus, & post vnum mensem ex-  
\* leg. eo vi-  
\* uenit.  
pulsus Constantinopolim postea petijt, & Benedictus VII. Sutria prius Episcopus Papa CXXXVIII. ordinatus, sedit annis 9. \* Constantiæ sanctæ memoriæ Conradus Episcopus  
\* al Constan-  
6. Calend. Decemb. hac vita decessit, & pro eo Gamenol-  
\* tia.  
fus annis præfuit plus minus 4.

975.  
976. Dissensio inter Regem Ottonem & patrualem eius Henricum Ducem Baioariæ commota est.

977. Apud sanctum Gallum Ymmo Abbas præfuit annis 8. qui templum patroni sui pro viribus adornare studuit, iuxta distichon illud in arcu Ecclesiæ scriptum. Discordia inter Ottonem Ducem Sueuiæ & Henricum Baioariæ Ducem agitata.

978. Otto Imperator contra Lotharium Regem in Gallias duxit exercitum. Henricus Dux Baioariæ, & alius Dux, Augustensis quoq; Episcopus Henricus, rebellantes Imperatori capti & exilio mancipati sunt, ducatumq; Baioariæ Otto Dux Sueuorum cepit.

979. Constantiæ Gamenolfus Episcopus obiit: eiq; Gebhardus nobilis & venerabilis Præsul succedens 16. annis Ecclesiam rexit, qui Basilicam sancti Gregorij in ripa Rheni abbatiamq; suis ex prædijs construxit: iam dicitur Petri domus.

Adoram erat:  
petersham  
sen Petrido-  
mus.

980.

981. Otto Imperator peragrata Italia Campaniam Calabriaque fines cum exercitu ingreditur.

982. Græci cum magnis copijs, conductis etiam pretio Saracenis, Calabriam contra Ottonem Imperatorem defendere aggressi, magnis utrinque viribus\* conferta primo victi, & deinde noua manu succurrentibus Agarenis exercitum nostrum priuant vel capiunt. Ipseque Imperator in mari natando fugiens, ab hostibus captus, cum non agnosceretur ab eis, ad quoddam castrum maritimum pro pretio, ut rogatus, adductus a suis redemptus est. In eo conflictu nostris inhumatissimo, inter alios innumeros Henricus etiam Augustentis interceptus disparuit, eiusque Etich in Episcopatu successit. Ipso anno Otto Dux Sueuorum & Noricorum obiit: & post eum Conradus Dux Alamanniae factus est, Henricusque ducatum Baioariae recepit.

983. Otto Imperator Romae infirmatus 6. Idus Decembris moritur, ibique honorifice in porticu sancti Petri tumulatur.

\* legend. Græca: Theopha-  
nam enim in-  
telligit.

984. Otto III. secundi Ottonis ex \* Greta coniuge filius, adhuc infantilibus annis Rex pro patre, quibusdam primoribus inuitis, constitutus est, & magna cura educatus, summa indole creuit. Romae Ioannes 14. qui & Petrus Papiæ prius Episcopus, Papa CXXXVIII. sedit mensibus 8. eumque Bonifacius Verrucij filius, prius relegato Benedicto, male ordinatus, de Constantinopoli quo fugerat reuersus, comprehendit & in castellum S. Angeli relegatum fame, & ut patiebant, veneno enecuit, eiusque sedem CXL. Papa inuasit.

985. Romae Bonifacius 7. postquam 11. mensibus male inuasam sedem occuparat, subita morte perijt & mortuus a suis caesus, confossus & triuiatim pedibus tractus, vix tandem Ecclesiasticis miserantibus (est humatus) Augia Rulmanno Abbate defuncto V Vittegoño 25. Abbas presbiticanus 12. Apud S. Gallum post Ymmonem Vdalricus Abbas praefuit annis 5.

986. Romæ Ioannes XV. Papa CXLI. sedit annis 10 mensib. 7. qui clericos suos parui pendens odio ab ipsis habitus est.

987. Fames magna hoc anno facta, Ecclesia cellæ S. Menginradi aucta est.

988. Nota quod 88. annus fuit valde mirabilis ab Incarnatione Domini.

989. In Alamannia fuerunt multæ rixæ primo Liga traxit ad Pauariam & destruxit ibi multas villas. 2. de VVirtenb. habuit bellum cum Liga. In eodem an. duo Duces Pauarię Dominica die antè Bartholomęi Apostoli & victoriã habuerunt; & de Liga occisi fuerunt quatuor millia hominum. De Constantia euasit vnus, de Lindaudia nullus, de sancto Gallo vnus, de Basilea duo. Est illud bellum factum penes Richenrvil.

990. Apud sanctum Gallum Vdalricus Abbas & Eggehardus magister doctus obierunt & Gehardus Abbas præfuit annis vndecim.

991. Theophania Græca Imperatrix mater Ottonis Regis octavo viduitatis anno obiit.

Apud sanctum Gallum \* Faillanus Scorus eruditus hac \* *al. Eailanus.* vita decessit.

992.

993.

994. Conrado Rege Burgundiæ mortuo, & apud sanctum Mauriciũ sepulto, Rudolfus filius licet ignauus, regiũ ibi nomen per annos circiter 38. occupauit: sub quo, cessante iure, violentia & rapinæ, nullo regno, vt non facile propelli possint, adoleuere, ibiq; vt hodie apparet, cum suis complicibus regnum obtinere.

995. Henricus Dux Baioriæ obiit, & filius eius ex Gietela Conradi Regis Burgundiæ filia, itidem Henricus, Impera-

\* Diselen.

Imperator postea futurus, ducatum interim obtinuit: huius  
 soror GISELA Stephano Regi Vngariorum, cum se ad fidem  
 Christi conuerteret, quasi vere iuxta nomen suum fidei  
 \* obses, in coniugiū data, eleemosynis ceterisq; bonis ope-  
 ribus inibi intenta consenuit. Constantiæ Gebhardus E-  
 piscopus venerabilis obiit, & in Basilica sancti Gregorij Papa  
 à se constructa sepultus quiescit, eiq; Lanpertus habitu &  
 professione monachus in Episcopatu succedens præfuit an-  
 nis 23. qui templum sanctæ Mariæ ex parte diruens amplia-  
 uit.

996. Otto Rex Italiam cum exercitu petit, sibiq; rebelles  
 coartauit, Gregorius sanctus Abbas obiit.

997. Otto Rex subactis rebellibus, Italia Romaq; potius  
 est, Et Gregorius V. qui & Bruno, filius Ottonis Ducis Papa  
 CXXXII. ordinatus, & Otto ab eo Imperator coronatus,  
 qui venerabilis Papa Canonicam ibi disciplinam reparare  
 satagens, sedit annis 3. mensibus 9. Augiæ V Vicegouernat  
 Abbate priuato, Alavvicus Abbas 26. promot<sup>o</sup> Romæ ab ipso  
 Papa consecratus, & priuilegio donatus est. Conradus Al-  
 mannorum Dux obiit & pro eo Herimannus ducatum ac-  
 cepit, qui & ipse filiam Conradi Regis Burgondiæ Gertru-  
 gam in matrimonio habuit, ex qua filium Æquiucum nati-  
 que filias reliquit.

998.

999. Otto Imperator iterum Italiam cum exercitu in-  
 fit.

1000. Mortuo in Italia V Videroldo Argentiæ Ecclesiæ  
 Episcopo Alavvicus Augiensis Abbas Episcopus pro eo ab  
 Imperatore promouetur, & V Verinharius Augiæ Abbas  
 27. statutus præfuit annis 6. Romæ quoq; defuncto Grego-  
 rio Papa Siluester sedens, qui & Gerbertus primò Remorum  
 post Rauennatiū Archiepiscopus, seculari literaturæ nimis  
 um do-

um deditus & ob hoc curioſo Imperatori admodum ama-  
tus, Papa in ordine CXXXXIII. ordinatus ſedit annis 5.

1001. Otto Imperator Italiam ſibi quaſq; verſum ſubditam  
luſtrat. Ad ſanctum Gallum Burghardus Abbas præfuit an-  
nis 23.

1002. Otto Imperator in Italia in caſtro Palerna anno re-  
gni 19. 10. Calend. Feb. immaturo obitu deceſſit, & inde af-  
portatus, in teſtina Auguſtæ conditis, Aquisgrani ſepelitur.  
Et Baioariæ Dux Henricus aſſumptis inſignibus regni Rex  
pro eo regnavit annis 23.

1003. HEINRICVS Rex Henricum Marchionem ſibi re-  
bellantem petens, plurima eius diruit caſtella. Ernult com-  
prehenditur à Brunone Regis fratre, & Henricus vix fuga  
dilapſus Argentina à Herimanno Duce Alamannia Regi  
rebellante ſpoliatus, & diuinitus in autores ſceleris gra-  
uiter vindicatum eſt, & ab ipſo Duce ſacro loco ſatiſfactum.

1004. Henricus Rex per Veronam Italiam cis Padum  
petens, omnes ſibi partium illarum ciuitates ſubiecit. Pa-  
piã ipſa qua coronatus eſt die, irrupens, gladio & igne per-  
domuit. Inde acceptis obſidibus in Saxoniam reuerſus, poſt  
paucos dies in Sclauos arma conuertit. Boëmanisq; ad præ-  
ſtinam ſeruitutē tributumq; redactis, Bolizlaum etiam Du-  
cem Sclauorum, Bolañorum cum tota gente ſua ſubiugauit;  
& in Saxoniam victor redijt, Herimannus Dux Alamannia  
obijt, eiſq; filius eius Herimannus puer omni populo acce-  
ptabilis in ducatum ſucceſſit.

1005. Fames magna facta eſt. Romæ poſt Gerbertum Io-  
annes 16. Papa CXXXXIII. ſedit anno vno.

1006. Augiã VVerinhario Abbate defuncto, fratres Hein-  
ricum Monachum elegerunt. Sed Rex Henricus eius inſo-  
lentiam, quamuis ab eo pecunias accepſſet, deteſtatus, fra-  
tribusq; apud ſe accuſatis inſenſus, Ymmonem quendã Gor-  
zicn-

Dddd

zicn-

zientem Abbatem, qui & Prumiam ipso tempore tenebat, virum austerum, ipsis inuitis præposuit. Vnde nonnullis ex ipsis sponte locum illum relinquentibus, quibusdam etiam ab eo ieiunijs, verberibus, exilioq; grauius afflicto, nobile Monasteriũ in magnis viris, librisq; & Ecclesiæ thesauris, graue (peccatis exigentibus) pertulit detrimentũ. Sicuti RUDOLPERTVS Monachus nobilis, doctus, & facetus matris meæ patruus, prosa, rithmo, metroq; flebiliter deplangit. Romæ Ioannes 17. qui & Fafanus Papa CXLV. ordinatur. 1007. Henricus Rex summo studio apud castrum Iunonum Babenberg nobilem & diuitem Episcopatum construxit, primusq; ibi hoc anno Episcopus promotus est Eberhardus. 1008. Luitolfo viro docto Treuerensi Archiepiscopo defuncto, Megingaudus pro eo Archiepiscopus promouetur, sed Adalbero clericus Reginae Cunigundis germanus, quibusdam fauentibus, ad Archipræsulatum, quasi ex regio promissa sibi debitum, aditus, Treuerense palatium præcipue occupat; & iam cum fratribus suis Theodorico Merensibus Episcopo, & Henrico Baioariæ Duce, Fridericoq; Comite adnitente, etiam cum alijs multis Gerharo item Comite contra Regem rebellauit: qui omnes à Rege post aliquot temporis spatium subacti sunt: & Henricus ipse Baioariæ ducatu priuatur. Ipso anno Henricus Rex cognita tantum post duos annos Ymmonis crudelitate, remoto eo Bernwardum virum doctum, & primo Prumiensem monachum, Augiensem constituit Abbatem, qui gratanter susceptus, fratres dispersos recolligit, & à Lantperto Constantiensi Episcopo Abbatibus eius loci 29. consecratus, magna insignis scientia pietateq; præfuit annis 40.

1009. Wulferadus Comes Hildrudem, Pilgrim & Bernhardi filiam vxorem duxit, ex qua postea me Hermannus annumerato 15. liberos produxit.

Rudolpertus  
Hermanni ma-  
tris patruus.

Adoram:  
Bernardus  
Abbas Augi-  
ensis, qui scri-  
psit Legendã  
S. Valtrici

Hildrud ma-  
tris Hermanni.

1010. Senior VVolferadus Comes, paternus auus in ensibus clemens, & iustitiæ tenax, inter suosq; præclarus, 4. Nonas Martij iam senex moritur.

1011. VVilligisus Mogontiensis Archiepiscopus obiit, eiq; Erchenvaldus successit. Theodoricus Dux partis Lotharingorum sub ipsa pæne præsentia Regis à Heinrico Baioariae dudû Duce à quibusdam Lotharingis captus & abductus est: quo tamen postea relaxato, Heinricus ipse gratiam Regis ducatumq; recepit.

1012. Conradus Dux Carentani filius Ottonis Ducis fraterque Brunonis dudum Papæ, obiit, & priuato filio eius puero Conrado, Adalbero ducatum accepit. Herimannus quoque Alamanniæ defunctus Ernestum sororis suæ Giselaë maritum successorem accepit.

1013. Romæ defuncto Sergio Papa Benedictus IIX, Papa CXLVII. sedit annis fermè 12. HERIMANNVS ego 15. Calend. Augusti natus sum, Heinricus Rex Italiam cum exercitu petit.

1014. Heinricus Rex Romæ imperiali à Benedicto Papa coronatur benedictione.

1015. Ernest Dux Alamanniæ in venatu ab Adalberone Comite feram appetente, sagitta vulneratus interiit: & ducatum eius filius æquiuocus, viduam verò Giselaë Conradi filius Henrici filij Ottonis Ducis, futurus postea Imperator, accepit. Megingaudus Treuirorum Archiepiscopus obiit, eiq; Poppo vir venerabilis frater ipsius Ducis Ernesti successit.

1016. Godefridus Dux partis Lotharingorum Gerhardum Comitem Conradi, postea Imperatoris, auunculum commisso prælio vicit.

1018. Constantiæ Lantperto Episcopo defuncto, Riddhardus

Dddd 2

hardus



hardus præsulatum accepit, annisque fermè quinque præfuit.

1019. Conradus adolescens filius Conradi quondam Ducis Carentani, auxiliante patruele suo Conrado, postea Imperatore, Adalberonem tunc Ducem Carentani apud Wamam pugna victum fugauit.

1020. Benedictus Papa ab Imperatore inuitatus Babenberg venit, ibique Ecclesiam sancti Stephani dedicauit. VVerinharius Argentinae Episcopus auxiliantibus quibusdam Sueuis, Burgundiones inuasit & conferto prælio victus. Ego Herimannus litteris traditus sum 17. Calend. Octob.

*Ad oram hæc adscripta: Herimannus Conradus ad Iohannem missus est.*

1021. Terræ motus magnus 4. Idus Maij feria 6. factus. Heribertus Coloniae Agrippinae Archiepiscopus, vir magis sanctitatis hac vita decessit; multis miraculis claruit: eiq; Pilgrinus successit, Erchenbaldo quoq; Mogontienfi Archiepiscopo defuncto, Aricho Archiepiscopus efficitur. Post Volpotonem quoq; Leodicensem Durandus Antistes promouetur. Irmendrudio etiam \* Bzdchaugiensis Abbas venerabilis 10. Cal. Maij obiit: eiq; Abarhilt Abbas successit. Ex quo tempore locus ille magis magisque in deterius desuetus coepit. Henricus Imperator in Italiam expeditionem mouit. VVERINHARIVS frater meus Calend. Nouemb. nascitur.

\* al. Aribio.

frater Herimanni.

1022. Henricus Imperator Campaniam petens Beneuentum intrauit, Troiam oppugnauit & cepit, Neapolim, Capuam, Salernum, aliasq; eo locorum ciuitates in ditionem omnes accepit; & Nordmannis quibusdam, qui tempore eius illò confluxerant, quoddam, vt fertur, in partibus territorium concessit; sicque per urbem romanam, victor redijt in Germaniam. Pestilentia in exercitu orta multos extinxit, inter quos Rudhardus Constantia Episcopus, atq; Burghardus Abbas de Cernobio.

bio S. Galli obierunt. Et pro his Heimo Episcopus annis ferme quatuor, Theobaldusq; Abbas vndecim annis præfuerunt. Nokerus quoq; magister & alij præstantes fratres apud S. Gallum decesserunt.

1023. Ratisbonæ post Gebehardum Episcopum, castum virum à singularibus quibusdam moribus & munditiarum ornatusq; consueto quodam amore famosum, & in diuinis officijs nimis studiosum, ab hac luce subtractum, alter item Gebehardus Augustensis Canonicus successit.

1024. Romæ defuncto Benedicto frater eius Ioannes 18. ex laico, Papa CXXXVIII. ordinatus, sedit annis ferme 9. Henricus quoq; Imperator 3. id. Iulij absq; filio diem obiens apud Episcopatum \* Benbergerensem à se constructum, quem omnium prædiorum & thesaurorum suorum reliquit hæredem, in Basilica S. Petri sepelitur. Deinde Conradus senior fili<sup>9</sup> Henrici & Adalheidæ, & patruelis eius Conradus filius Conradi Ducis ex Mathilde, ad regnū præcipue admitterentur, habito apud villam Kambam principum \* p. conuentu, senior Conradus, Rex promotus, & ab Aribone Archiepiscopo Moguntiaci vnctus est 6. Id. septemb. Nec multo post vxor eius Gisela à Piligrino Archiepiscopo Coloniae Regina nihilominus benedicta 11. Calend. Octob.

1025. Rebellio & discordia multa contra Conradum Regem à patruelle eius Conrado, & Ernusto Duce Alamanniæ, priuigno eius V Velph quoq; Sueuigena Comite & alijs pluribus facta.

1026. Rex Conradus sedatis ex parte rebellibus, circa tempus Quadragesimæ cum exercitu Italiam adiit, & Pascha Vircellis acto totam, præter Luccam vrbem Tusciæ, Italiam in cis Romanis partibus sibi subiugauit. Ernust Dux Alamanniæ cū eo ipso anno interpellante matre, pacificatus Campidonensem locò beneficij Abbatiam accepit, suisq;

Dddd 3 mili-

\* al. Baben-  
bergerensem.

militibus distribuit, nec multo post priuato auersus consilio iterum rebellauit. Ipso anno Constantię Heimo Episcopus subita morte pleuresi tact<sup>o</sup> decessit, eiq; Vvarmannus successit annis fermè 8. Burghardus quoq; Campadonensis & Rhenaugiensis Abbas obiit, eiq; Rhenaugię Pribtilo Abbas substituitur. Brun Augustensis Episcopus, & VVelph Comes prædis & incendijs inter se de mutuo debacchantur.

1027. Conradus Rex actō Yporegię Natali Domini in vltiora progressus, Luccam cum Reginhero Marchione in deditiōem accepit, Romamq; perueniens, a Ioanne Papa in die sancto Paschę Imperator coronatus est, subactaq; Italia tota reuersus, in Alamañia apud Ulmam pñcitum habuit, ibiq; ad deditiōem Ernustum Ducem priuatum suum & VVelph Comitē cum alijs accipiens, per aliquot tempora exilio deputauit. Cinyburg castrum VVerenharij Comitē adhuc renitentis, aliaq; nonnulla rebellium castra capta sunt. Conradus & patruelis eius sese Imperatori tradens, in exilium nihilominus mittitur. VVerinharius Argentinę Præsul Constantinopolim ab Imperatore legatus dirigitur, ibique insequenti anno defunctus VVilhelmum

\*Buchangie. successorem accepit. Hiltegart \*Bdchaugie Abbas efficitur.

1028. Henric<sup>o</sup> filius Imperatoris A quisgrani in die Sancto Paschę Rex à Principibus cunctis adhuc puer electus, a Pibgrino Coloniensi Archiepiscopo vnctus est.

1029. Imperatore Ratisbone Paschale festum agente Bruno Augustensis Episcopus, summus Symmista eius vita imbit decessit, Augustęq; in incepta S. Mauricij Basilica sepultus Eberhardum accepit successorem.

1030. Ernust Dux cum exilio relaxatus ducatum suum recepisset, priuatorum consilio vsus, & denuo Imperatori refragatus, Ducatu priuatur: & frater eius iunior Herimannus

Dux

Dux Sueuorum efficitur. Conradus Imperator iam dudum inimicitias cum Stephano Vngariorum Rege conflatis Pannoniam petijt, & quantum fluminibus & paludibus non obstantibus poterat, Rabam deuastauit. Interim in Alamannia cum Ernst dudum Dux eiusq; complices paruis virib' contra Imperatorem agitantes, prædis circa siluam Martianam populares infestarent, à Manegoldo Comite ex Augiensi militia obseruati, & 16. Calend. Septemb. conferto prælio victi sunt. Ipsoq; Manegolto ibidem perempto, Ernst pridem Dux, & V Verinhere Comes caput rebellionis, Adalbertus quoq; & V Verin nobiles milites cum alijs ceciderunt. & Ernst Constantiæ, Manegoldus verò Augiæ sepulti sunt. Burghardus Augensis monachus Ratisbonæ apud S. Emmeramum Abbas promouetur. Pax cum Stephano Rege Vngariorum redintegratur.

1031. Aribo Mogontinæ sedis Archiepiscopus Romã orandi gratia petens, hac vita decessit: eiq; in Archipræsulatu Bardovita & habitu monachi venerandi successit. Primi lapides Ecclesiæ sancti Megenradi cellæ 6. Id. Maij positi.

1032. Rudolfus ignauus Burgundiæ regulus obijt, & diadema eius regniq; insignia Conrado Imperatori per \* Seligerum allata sunt. Imperatoreq; ipsis diebus contra Misiconem Sclauorum, qui Boloni vocantur, Regem exercitum ductante, Odo sororis eiusdem Rudolphi filius, princeps Gallicæ Campaniæ, regnum Burgundiæ inuasit, captisq; Nuenbug & Murtena castris, sua in eis præsidia posuit. Bern. Augiæ Abbas, missis Romam Cœnobij sui priuilegijs, à Papa Ioanne 11<sup>o</sup> priuilegiũ cū sandalijs, vt episcopalis indumentis Missas ageret, accepit. Vnde permoto V Varmaño Constantiensi Episcopo, apud Impatorẽ quasi sui peruasor officij & honoris accusat' eousq; ab vtrisque coartatur, donec \* idẽ in Cœna Domini sequẽtis an. incendendũ. Ipso an. Bocaugienfe Cœnobium

*\* Vrsu. edit.  
ita: cum sandalijs priuilegium ipsi Episcopo traderes publicè in Synodo sua, id est, in Cœna Domini,*

bium 11. Idus Ianuarij incendio flagrat. Bertha auia mea femina satis religiosa 23. viduitatis anno 11. Calend. Ianuarij decessit.

1033. Imperator post Natalem Domini Burgundiam perijt. Murcenam obsedit : sed impediēte Hyemis algore nihil inibi se dignum potuit efficere. Idem rursus rēlata ipsam Odonis prouinciam, Gallicam inuadens Campaniam prædis & incendijs deuastauit, donec ipse Odo supplex ad eum veniret, & clementer susceptus satisfactionem licet fide promitteret, Romæ defuncto Ioanne Benedictus \* VIII. qui & Theophylactus Papa CXXXVIII, ordinatus, licet indignis tanto ordini moribus & factis, sedit annis plus 10. Eclipsis solis 3. Calend. Iulij circa septimam diei horam facta.

1034. Imperator iterum Burgundiam cum magnis petra copijs omnia cis Rodanum castella subiecit, Murcenam dirruit, Genuensem urbem intrauit, Ludunensem Archiepiscopum Burghardum, genere nobilem & strenuum, sed per omnia scelestum & sacrilegum, cum multis alijs principibus in deditioem accepit, subiugatoq; Burgundiæ regno redijt. Ipso anno Vvarmanno Constantiensi Episcopo mortuo frater eius Eberhardus succedens plus 12. præfuit annis. Mengenhardo quoq; præfule VVerzeburgensi defuncto Bruno patruelis Imperatoris filius \* Seliaq; ex Mathilde Comiti Ducis Episcopatum die Paschæ accepit apud sanctum \* ecclesiam. Theobaldo Abbate decedente Nordpertus successit.

1035. In Italia minores milites contra dominos suos iniungentes, & suis legibus viuere, eosq; opprimere volentes, rēlidam coniurationem fecēre. Ad quos coërcendos ceteri primores adunati pugnam inirent multi vtrinque ceciderunt inter quos & Aistensis Episcopus vulneratus interijt.

HENRICH  
S. J. J.  
1033  
S. J. J.  
24

al. IX.

bero Dux Carentani & Histriae amissa Imperatoris gratia, ducatu quoque priuatus est. Leutizi VVirbinam castellum clam proditum capiunt, multosq; nostrorum occidunt, captiuos abducunt. Imperator vi transito Albia flumine provinciam eorum ingrediens, late vastat. Synodus magna apud Tiburiam ab Imperatore collecta est.

1036. Piligrinus Coloniensis Archiepiscopus decessit; eius Herimannus Ottonis II. Imperatoris ex filia nepos successit. Gebehardus 2. Ratisbonensis Episcopus 16. Calend. Maij obiit; pro quo 3. Gebehardus Conradi Imperatoris ex matre Adelheide frater Episcopus ordinatur. Henricus Rex filius Imperatoris Chunihildem Cnutonis Danorum & Anglorum filiam regalibus sibi apud \*Noniomagnum nuptijs copulauit vxorem. Conradus patruelis Imperatoris patris sui ducatum in Carentano & in Histria, quem Adelbero habuerat, ab Imperatore suscepit. Heremannus quoq; Dux Alamanniae Marcham soceri sui Meginfridi in Italia ab Imperatore accepit. Leutizi Sclaui Imperatori vectigales facti. Burghardus Lugdunensis Archiepiscopus imo tyrannus & sacrilegijs Ecclesiarum deprædator incestuosus, cum Vdalricum Selegereri filium bello peteret, ab ipso victus & captus Imperatoriq; adductus, ferro compeditus & custodia mancipatus, multis annis detinetur in vinculis. Imperator hyeme Italiae petit. Sanctimoniales & Domina Irmegarda VVelph Comitis vidua apud Altorf pro clericis collectæ sunt.

1037. Imperator celebrato Veronæ Natali Domini, per Brixiam & Cremonam Mediolanum peruenit, inde Papiam adiens Heribertum Mediolanensem Archiepiscopum, infidelitatis accusatum, apprehendi iussit, eumq; Poponi Patriarchæ Aquilegensi custodiendum commendauit: qui fuga elapsus cunctis viribus eidem Imperatori rebellare contendit. Imperator Paschali festo Rauennæ acto territorium Medi-

E e e

diola

\* al. Noniomagnum.

Lugdunensis

diolanense repetijt, vrbem obsedit, castella, villas omniaq;  
circum ad rebelles continetia vastauit. Coniuratorum ve-  
rò manum facile compefcuit, eisq; legem quam & priori-  
bus habuerant temporibus, scripto roborauit. Papa Benedi-  
ctus Cremonam ad Imperatorem venit. Episcopi Placeni-  
nus, Cremonensis, & Vircellensis inculati ab Imperatore  
captiq;, & in exilium missi. Ipso anno pugna inter Odonem  
Gallicæ Campaniæ Principem Gozzilonem Lotringorum  
Ducem cõmissa. Odo victus & cum suis fugatus in ipsa fuga  
peremtus interiit.

1038. Cum Imperator Natalè Domini Parmæ ageret, oc-  
to inter Parmenses ciues & exercitum umultu, multi cecid-  
erunt, & pluribus ciuium trucidatis, ipsa ciuitas incendio  
consumpta est. Papa Archiepiscopum Mediolanensè Im-  
peratori adhuc rebellantem excommunicat. Imperator  
cum vltra Romanas partes peragrasset, indeq; per Adriati-  
ci maris oras remearet, mense Iulio ingens exercitum pe-  
stilentia inuasit, & plurimos passim extinxit; inter quos  
Chunihildis Regina Heinrici Regis vxor 17. Calend. Au-  
gusti defuncta, & ad castrum Linaburg translata, ibiq; sepu-  
ta est. Hermanus quoq; Dux Alamanniæ suis admodum de-  
bili morte 5. Calend. Augusti occumbens Tridenti rumu-  
latus est. Imperator de Italia reuersus Solodori colloquio  
habito, plurimos Burgundionum primores tam sibi quam  
filio suo subiectionem sacramento firmare cœpit. Ipso an-  
no Stephanus Vngariorum Rex cum ante plurimos annos  
se cum tota gente sua ad Christi fidem conuertisset, Eccle-  
siasq; multas & Episcopatus contraxisset, & regnum suum  
probis mitissimus\* opâ impêdisset, Petrus sororis suæ filius  
de Veneria natus pro se Regem constituens, obiit.

1039. Conradus Imperator apud Traiectum Friesiæ vr-  
bem, Pentecosten 3. Nonas Iunij inopinata morte subito ob-  
cessit.

cessit: & Nemetum allatus ibiq; sepultus est: & filius eius  
 Rex Henricus gubernaculum regni suscepit. Regi abaldus  
 quoq; Nemetensis Episcopus, vir vita & habitu monachico  
 verendus, 3. Idus Octob. decessit: eiq; Sibicho fama longe  
 dissimilis successit. Conradus & Dux Carentani & Adelbe-  
 ro amulus eius, qui ante eum ducatum eundem tenuerant,  
 ipso anno obierunt. Henricus Rex mota in Boëmiam ex-  
 peditione, cum Dux gentis Brezizlaus filium suum ob fi-  
 dem ei obsidem misisset, seq; ipsum venturum & imperata  
 facturum, licet fictè promississet, statim redijt. Petrus Rex  
 Ungariorum hyeme terminos regni sui inuadens, præ-  
 diis, incendiis, & captiuitate depopulatur. Ecclesia cel-  
 la sancti Meginradi 3. Idus Octobris dedicatur, & \* reliquæ  
 corpus sancti Meginradi.

1040. Henricus Rex Boëmiensium Ducem iterum re-  
 bellantem petens, ad præstructionem seu munitionem Sil-  
 uæ circa & ultra expugnandam, partem expeditam exer-  
 citus per devia saltus in prouinciam misit: sed cum vnde-  
 cimo Calend. Septembris istac, crastina verò die illac mi-  
 lites siluosa difficilia & obstructa loca ingressi casto labore iã  
 fatigabundi, firmissimam quandam machinam oppugnatũ  
 aggredi frustra tentarent, irruentibus vndiq; Boëmanis cæ-  
 li, capti, fugatiq;, & qui in prouincia adhuc ex nostris re-  
 manserant, interueniente Gunthario Eremita incolumes  
 elucti redierunt. Rex vero plurimis militum & procerum  
 amissis, infecto interim negotio discessit. Eberhardus  
 Babenbergensis Ecclesiæ primus Episcopus anno promo-  
 tionis 33. decessit: cui Suidegerus natione Saxo, vir lauda-  
 bilis successit.

1041. Henricus Rex reddito Boëmano Duci obside filio suo,  
 captiuos in Silua captos redemit; secutaq; æstate collecto

Eccc 2

gran-



grandi exercitu prouinciam ipsam per deuia ingressus, praedis & incendijs cuncta deualtat, donec Dux malis subactis pacem postulareret, sui deditioem, & cum tota gente subiectioem, Ratibonamq; se ad Regem venturum & imperatorem facturum, fidelibus Regis ad se vocatis promitteret. Quo & Rege discedente, mox facto, implēuit. Ipso anno Vngari perfidi Ouonem quendam Regem sibi constituentes, Petrum Regem suum occidere moluntur; qui vix fuga lapsus primo ad Marchionem nostrum Adelbertum sororis suae maritum profugus venit, indeq; ad Regem Heinricum veniens, pedibusq; eius prouolutus veniam & gratiam impetravit & impetrauit.

1042. Henricus Rex hyeme Burgundiam inuasit, multosq; Principum se illi subijcientes suscepit, nonnullaq; legitime diiudicauit. Quo Vngariorum tyrannus, ob susceptam à nostro Rege Petrum, diuisit bifariam exercitum suum, vna Baioarię ex vtraq; parte Danubij depraedans & incēdit depopulatur. sed vna pars exercitus eius à Septentrionali parte Danubij ab Adalberto Marchione & filio eius Lutpaldō ad interuentionem cesa est, Henricus quoq; autumnū Pannonias petens Heimenburg & Brecesburg euertit. Septentrionalem Danubij partem (quia flumina Australia paludes munierant) vsq; ad Grana flumen vastauit seu deditioem accepit: & pars exercitus bis numero Vngarum incurfantibus congregiens, strages magnas effecit, & abactis partium illarum Vngarijs, cum Petrum recipere nolent, quendam alium ex illis, item apud Boëmanos exultantem, Ducem eis constituit; quem tamen Quo statim discessum Regis, resistere non valentem, in Boëmiam depulit. Popo Patriarcha Aquilegiensis obiit ei; Eberhardus Augustensis Canonicus à Rege promotus successit.

1043. Gisela Imperatrix apud Goslere, quamuis, à for-

Danubij.

legis nonnunquam vera sibi prædicentibus decepta, filio Regi se superuicturam, crederet \* defuncere morbo 15, Ca-  
 lend. Maij decessit, & Nemeti iuxta maritum Imperatorem  
 sepulta est. Æstas pluuiosa frugum & vindemiarum penuri-  
 am fecit. Henricus Rex iterum Pannonias petens, ab Ouo-  
 ne vix pactum, satisfactionem, obsides, munera, regniq; vsq;  
 ad Licha fluuium, partem accipiens, discessit; inde in Ala-  
 manniã veniens, in Synodo Constantiensi cunctis, qui  
 contra se deliquerant, primum ipse debitum omne dimisit,  
 deinde precibus & adhortationibus omnes præsentis Sue-  
 uigenas, postea in alijs regni sui prouincijs idem actum iri  
 fatagens, dimissis debitis & inimicitijs, sibi inuicem recon-  
 ciliavit; pacemq; multis sæculis inauditam efficiens, per e-  
 dictum confirmauit. Exin Agnetem VVilhelmi Pictauieni-  
 sis filiam sponsam suam accipiens, & Mogontiaci Reginam  
 iungi faciens, regales apud Ingelheim nuptias celebravit;  
 & in vano histrionum fauore nihili pendendo, vtile cunctis  
 exemplum, vacuos eos & mœrentes dimittendo proposuit.  
 Vbi quoq; Luitpaldus Adalberti Marchionis filius, magnæ  
 virtutis & pietatis adolescens, ab ipso Rege Marchio pro-  
 motus; & post paucos dies defunctus Treuiri à patruo suo  
 Poppone Archiepiscopo sepultus.

1044. Mâxima pestis pecudum, & hyems satis dura, & ni-  
 uosa magnam vinearum partem frigore perdidit, & frugum  
 sterilitas famem non modicam effecit. Gozzilo Dux Lo-  
 tharingorum moriens Gozzilino filio quamuis ignauo du-  
 catum suum à Rege Henrico promissum, relinquere dispo-  
 suit. Filius ei Godefridus iam dudum Dux cum ducatum  
 fratri debitum contra fas à Rege Henrico sibi obtinere ne-  
 quiuisset, iusurandum fidemq; postponens, rebellare pio  
 Regi præsumit. Quo Rex, cum iusurandum pactumq; fre-  
 gisset, Henric<sup>9</sup> Rex cum perparuis copijs Pannonias petijt,

Eccc 3 quem

quem Ouò, qui maximum parauerat exercitum, in tantum despexit, ut eum quasi facile occidendum seu capiendum, p[ro]uinciam ingredi fineret: Sed Henricus parte copiarum Rabam fluuium festinè in diuino consilio auxilio trahendauit, pugnam cunctis militibus passim festinātibus, in prima congressione innumerabilem Vngariorum exercitum fugauit & prostrauit; & paucissimis suorum amissis ipsemet fortissime pugnans gloriosissimam victoriam adeptus est, Non: Iulij. Et Ouone Rege vix fuga clapsa omnes Vngarij ad deditioem seruitium promittunt. Ipse vero, ut erat per omnia pijsimus, Petrum iam dudum expulsum regno suo restituit. Vngarios petentes lege Baioarica donauit, ipseque cum triumpho in regnum suum redijt. Nec multo post idem Ouò à Petro Rege deprehensus, scelerum suorum pœnas capite plexus perfoluit. Eodem anno Ludouicus Comes Reginoldum Principem Reginæ (Agnētis) auunculum, sed Henrico Regi inimicum, dum quoddam castellum eius, quod Mons Piligardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militum suorum copia pugnam iniens vicit, multisque caesis reliquos fugauit. Romani Benedictum Papam multis criminatum sede sua pellunt & Siluestrum quendam in locum eius statuunt, quem tamen postea Benedictus quibusdam sibi fauentibus, excommunicatum depulit, sedique suæ redditus seipsum postea priuauit, & solium pro se ob auaritiam contra Canones ordinat. Heibertus Meodilnai Archiepiscopus obiit. Beggelinheim castellum Gottefridi à Rege destruitur. Gebhardus Rauenas Archiepiscopus obiit, & pro eo VVideger constituitur.

1045. Reginolt & Gerolt Burgundiones Regi apud Solodorum ad deditioem venerunt. Otto Palatinus Comes Paschali hebdomada Dux Alamanniæ apud Gollare à Rege

HENRICA  
533  
toma  
S 11  
24

Rege constituitur. Petrus Rex Heinricum Regem in festi-  
uitate Pentecostes ad se inuitatum cum magno apparatu  
suscepit, & maximis muneribus donauit, eiq; regnum Pan-  
noniarum, Principibus Vngariorū fidelitatem illi & succes-  
soribus eius iuramento firmantibus, reddidit: quod tamen  
ab eo ipse dum viueret possidendum recepit. In quo vide-  
licet itinere Rex quoddam vetus solarium ascendens, cum  
multis alijs ædificio cadente, corruit; ipsoq; Deo prote-  
gente, illæso, Brun VVirtzeburgensis Episcopus lethali-  
ter cum alijs collapsus, post vnam hebdomadam 7. Calend.  
Iunij obiit, & ad sedem suam reportatus ibiq; sepultus, A-  
dalberonem \* susceptorem suscepit. Gotefridus Dux re-  
bellioni suæ desperans, Regi q̄ue ad deditonem veniens,  
in custodiam mittitur. VVido Mediolani Archiepisco-  
pus construitur, Sclauī, qui Luitici dicuntur, Saxoniar  
terminos inquietantes, Regi illò cum copijs militum ve-  
nienti se tradunt, & solitum centum promittunt. Autum-  
nali tempore \* Guticharius Eremita ad Christum mi-  
grauit, & in Praga Boëmiæ vrbe sepultus quiescit. Per i-  
dem tempus regale colloquiū apud Triburiam conditum  
grauis Regis infirmitas præpedit, quo etiam tempore A-  
gnes Regina filiam Regi peperit.

\* al. successore.

\* al. Gunthar-  
rius.

1046. Rex Natalem Domini in Saxonia apud Goslare  
celebrauit. Magna mortalitas multos passim \* continxit.  
Egghardus Marchio ditissimus subito moriens prædio-  
rum suorum Regem reliquit hæredem. Rex Paschale  
festum apud Traiectum Fresiæ urbem egit, & sublecuris  
diebus nauali expeditione in Phlatirtingam fretum tra-  
iciens, pagum quendam quem Theodoricus Marchio  
sibi vsurpauerat, ab eo eripuit: vnde idem postea re-  
bellionis causam sumpsit. Sanctam autem Pentecosten A-  
quisgrani faciens, Gotefrido Duci custodia relaxato sibiq;  
pro-

\* al. extinctis.

6

procedenti terratenus prostrato ducatum suum miserus reddidit. Quibus etiam diebus VVidgerum, qui Raenae praesulatum iam biennio inepte & crudeliter, nondum consecratus, tenebat, ad se vocatum Episcopatu priuauit. Sequenti tempore Rex in Italiam expeditionem parat. Fridericus, frater Henrici Ducis Baioariae Dux Lotharingorum pro Goteфриди fratre ignauo Gozzilone constituitur. Subsecuto autumno Vngarij pristinę perfidię suę memores, Andream quendam Regem sibi statuunt. Petrum Regem multis aduenarum, qui pro eo pugnauerant, occisis, \* varijs cum coniuge sua alendum deputant, multis etiam per idem tempus peregrinis inibi expoliatis, exulatis atq; necatis. quo comperto Rex Henricus, qui iam valido exercitu congregato in Italiam iter coeperat, nimis indoluit, sed inceptam expeditionem non deseruit. Itaq; coadunato exercitu Papię Synodum celebravit, inde Placentiam veniens, Gratianum, quem expulsis prioribus Romani Papam statuerant, ad se venientem honorificę suscepit; sicq; cunctis prosperę euentibus, iuxta Natalem Domini non longe ab vrbe Roma apud \* Sitiram Synodo item acta, causaq; erraticorum Pontificum diligentius ventilata, Gratianum Papam conuictum pastoralis baculo priuauit. dein omnium tam Romanorum quam aliorum assensu Suidgerum Episcopum qui post Eberhardum Primum secundus Babenbergensem sexto iam anno regebat Ecclesiam, nimium reluctantem summum Romanę Ecclesię elegit Pontificem. sicq; circa Vigiliis Natalis Domini ipsam ingrediuntur urbem. Eadem nocte bonę memorię Eberhardus Constantiensis Ecclesię Episcopus inibi in porticu S. Petri sepeliendus obiit 13, Episcopatus sui anno.

1047. In ipsa Natalis die Domini praefatus Suidgerus in tione Saxo, Apostolicę Sedi Papa (CLI.) ex more consecra-

\* vulg. edit.  
Varin cũ con-  
iuge sua iniu-  
rius affectum,  
postremo ocu-  
lis priuant, &  
in quendam lo-  
cum, cum eadē  
coniuge sua a-  
lendum de-  
portant.

\* leg. Sutriam.

tus & nomine auctus, Clemens II. vocatus est. qui mox ipsa die Heinricum Regem, conjugem eius Agnetem imperiali benedictione sublimauit, peractisq; Missarum solennijs, ipse Dominus Papa & Imperator cum Imperatrice ita vt erat coronatus, ad Lateranense palatium cum ingenti gloria proficiscuntur, cunctis ciuibus Romanis mirantibus, honoremq; singulis quibusq; pro facultate obiter impendētib; completisq; Romæ cum summa pace aliquot diebus, Imperator magnam exercitus partem patriam redire permittens, ipse cum reliquo ad vltiora contendit. Circa idem tempus Imperator præfules nonnullos constituit, inter quos Raennati Ecclesiæ Hunfridum cancellarium suum in Italia; Constantiensi Theodericum per alias prouincias Cancellarium suum & Archicapellanium & Aquisgrani Præpositum; Argentinæ Herrandum Præpositum pro V Vilhelmo autumnali tempore defuncto; Viridunensi Theodericum, Basileæ Præpositum & Capellanium Pontifices præfecit. Imperator verò Roma egressus nonnulla castella sibi rebellantia cepit; prouincias, put videbatur, disposuit; Duces Nordmannis, qui in illis partibus cōmorantur, & alijs eo locorum vrbibus constituit. sed socru Imperatoris de monte Gargano Beneuentum reuersa, orto tumultu, Beneuentani ciues quibusdam eam iniurijs afficiunt. Vnde sæuam ab Imperatore vindictam metuentes eiq; se subdere non prælumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator, qui magnos, vt dictum est, exercitus iam remisera, & ad alia occupato animo, iam patriam tendebat, tantam tunc temporis ciuitatem aggredi distulit, interimq; eo infecto negotio, sed aliàs vniuersa Italia parente pacataq; redire disposuit. Interea Imperatrix Agnes, quæ Roma ab Imperatore digressa fuerat, in Raennati territorio filiam peperit. Imperator verò cepto redeundi itinere, Mantuæ Paschale festum in grauissima decumbens

eumbens ægritudine commoratur. Postea conualecens corpus beati VVidonis Pompasie monasterij Abbatis in magna sanctitate ante non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis de Parmensi, vbi sepulcrum fuit, ciuitate, ad urbem Spiram transferendum, magno secum cum honore de Italia rediens deuexit. In quo itinere Augustam Vindelicam in Litanijs ante Ascensionem Domini veniens, Eberhardo urbis eiusdem Episcopo in aduentu eius defuncto, Heinricum Capellanum suum successorē constituit. Actoq; inibi eodem festo, Pentecostes solennia Spiræ celebrauit, ibiq; colloquium cum regni Principibus habuit, & corpus præfati Abbatis in incepta extra urbem Babilica tumulari fecit. Quo tempore VVelf Comitem Sueuonam, VVelf dudum Comitum filium, Carentani Ducem promouit. Auunculum quoq; eius Adalberonem Ducem, videlicet Heinrici & Friderici fratrem, Metensis Ecclesie Episcopum, post Theodericū nuper defunctum constituit. In Poppone Archiepiscopo ipsius diebus defuncto Treuerensi urbi Eberhardum VVormacie Præpositum Archiepiscopalem præfecit. Per idem tempus cum expeditionem in Patonias ad Petrum vlciscendū disponeret, Godefridus Dux cum Balduino de Flandris, & alijs nonnullis rebellionem inuouasse, bellūq; copijs collectis parauisse, Theodericū quoq; de Phladringa Marchio rebellauisse & Episcopatus sibi contiguos ad iniuriā Imperatoris populatus esse nunciatur. Preterea Andreas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnum se ab Vngarijs coactum suscepisse confirmās, de Petri sese iniurijs excusans, quiq; aduentum cum coniurauerant, partim à se trucidatos partim ipsi Imperatori tradendos denunciāns, suamq; Imperatori subiectionem, annum censum, & deuotam seruiturē, si regnum sibi habere permitteret, mandans. \* Quibus dilata expeditione illa, cum Godefridus quoq; rebellionē suam callidis legationibus

\* quibus ex  
causis.

nibus dissimularet, autumnali tempore nauali expeditione collecta, contra Theodericum in Phladingam arma commouit, Interea Otto Sueuorum Dux, qui prouinciã sibi traditã pie ac strenuè tertio iam anno regebat, immaturo obitu diem clausit extremum. Ipsi quoq; diebus Baioariã Dux Henricus defunctus Treueris sepelitur. Clemens etiam qui Suidegerus Papa in Romanis partib<sup>9</sup> nono mense promotionis suã diem obiens ad Epatum suum Babinberg reportatus tumulatur. Imperator expeditione in Phlatingã traiecta, aquis impediens locis, parũ proficere potuit, & reuertens aduersarijs marino cursu leuibus scaphis latrocinatium more sequentibus, & extremos quosq; incurfando cedentibus, non modicam in exercitu cladẽ pertulit. Ipso quoq; tempore Gotesfridus inter alia, quã contra Regem gessit, Vitidunensem ciuitatem dolo captam incendit & euertit, cuius Ducatum Adalberto cuidam tradit.

1048. Imperator Natales Domini in Saxonia moratus, confestim per Virzeburg in Alamanniam venit, & Ulmæ colloquium habens, Ottonem de \* Svuyrt Marchionem, Ducem constituit. Indeq; Baioariam veniens Quadragesimale & Paschale tempus exigit. Eadem Quadragesima sanguis, vt creditur, Domini apud urbem Mantuam diuina per quendam cæcum reuelatione inuenitur, & plurimis miraculis declaratur. Imperator Ratispona, vbi Pascha cum Otone & Breiczlao Ducibus & multis Principib<sup>9</sup> egit, digressus, Alamaniã repetit, & in Augiã nostram ingressus 8. Calend. Maij nouã sancti Marci Euangelistæ Patroni nostri Basilicam \* à dño Bern. Abbate constructam, se præsente à Theoderico Constantiensi Epõ dedicari fecit, & eiusdẽ Sãcti festo in litaniã maiore apud nos acto, Ascensionẽ Dñi Turego, Pentecosten autẽ Solodoro celebravit. Habitoq; ibi cum \* Burdionibus colloquio per Franciã Orientalem in Saxoniam remeavit. Per idem tempus Dñs Bern. Abbas

\* al. Suinfurti

\* leg. à Domino Bernarde.

\* leg. Burgundionibus.



Augiæ vir doctus & moribus insignis anno promotionis sue  
40. in senectute bona morbo confectus 7. Idus Iunij diem  
vltimum clausit, & in Basilica sancti Marci sepultus quiescit.  
In cuius locum Vdalricus Decanus, à fratribus electus, Ab-  
bas ab Imperatore statuitur. Defuncto quoque viro docto

\* al. VVatzonæ \* VVazone Leodij Pontifice Dietvvinus successit. Seque-  
te Iulio, Poppo Brixienfis Episcopus ab Imperatore electus  
Romam mittitur, & honorificè susceptus Apostolicæ Sedis  
Papa CLII. ordinatus, mutato nomine Damasus II. voca-  
tur. Sed paucis diebus exactis defunctus, & ad sanctum Lau-  
rentiū extra urbem sepultus est. Autumnali tempore Hein-  
ricus Imperator, & Henricus Galliarum Rex in Metensi  
territorio conuenientes pacem pactumq; inter se iuramen-  
to confirmant. Quibus diebus terræ motus magnus factus  
est nocte 3. Idus Octob. Iphis item diebus Agnès Imperatrix  
filiam Imperatori peperit. Eodem etiam tempore Godfridus  
Adalbertum Ducem se deprædantem persecutus, & di-  
missa multitudine cum paucis inuentum, cum alijs, qui re-  
pugnare tentabant, occidit. Post quem Gerhardus Dux ab  
Imperatore cõstituitur. Iphis Imperator diebus Argentura-  
rum, & inde prope Natalis Domini Vlmam venit sicq; in Ba-  
ioariam proficiscitur.

1049. Imperator Natalem Frisingiæ & Purificationem  
sanctæ Mariæ Ratisponæ agens Baioariæ Ducem Con-  
radum constituit: & circa Quadragesimale tempus in Saxo-  
niam recessit. Gotebaldus Metensis Præpositus Aquitanæ  
Patriarcha post Eberhardum his diebus defunctum ab Im-  
peratore promouetur. Interea glaciali hyeme suppeli-  
tante, nonnulli de partibus maritimis milites & Principes  
cum Leodiensi Episcopo & Traiectensi atq; Metensi con-  
gregati, Theoderico in Phlatirtingam insidias tendunt,  
commissaque pugna victum occidunt & prouinciam illam  
Impe-

Imperatori subijciunt. Quam tamen non multo post Gote-  
 fridus occupans, ab eisdem pugna petitus & victus, vix  
 aufugit. Per idem tempus Bruno Leucorum Episcopus ab  
 Imperatore electus Romamq; missus summo honore sus-  
 cipitur, & in Quadragesima Papa 153. ordinatus Leonis no-  
 men accipit. Qui in proximo Pascha Vdalricum Augiensis  
 Cœnobij prouisorem, Romam venientem Abbatis bene-  
 dictione consecrauit, & Monasterij eiusdem priuilegia an-  
 tiquitus à sede Apostolica tradita, sua autoritate confirma-  
 uit & innouauit, Indictione secunda. 7. Cal. Aprilis. Idem  
 Papa in hebdomada post Albas Synodum cum Italiae Epif-  
 copis maximè contra Simoniacam hæresin Romæ celebra-  
 uit. Idem in hebdomada Pentecostes aliam Synodum Pa-  
 piæ congregauit: Indeque per montem Iouis cum pluribus  
 Romanorum in cisalpinas partes deuenit, Exactoq; tempo-  
 re Odilo venerabilis coloniæ Cœnobij & multorum pa-  
 ter Monasteriorum 4. Non. Ianuarij migravit ad Dominum.  
 Secuta æstate cum Imperator expeditionem contra Gote-  
 fridum & Valdevinum à Domino Papa excommunica-  
 tos pararet, Gotefridus tam manum Imperatoris quàm Pa-  
 pæ excommunicationem pertimescens, ad deditiorem A-  
 quisgrani venit & opitulante Papa gratiam Imperatoris pro-  
 meruit. Valdevinus vero utrumq; contemnens vastata ab  
 exercitu magna ex parte puincia sua, tãdem obsides dedit,  
 & pactum cum Imperatore fecit. Autumnali tempore Do-  
 minus Papa Synodum magnam Remis cum Galliarum Epi-  
 scopis habuit, indeq; Mogontiacum veniens, aliam Syno-  
 dum 40. Episcoporum coram Imperatore & regni nostri  
 Principibus celebrauit, & postea Alamanniam adiens Au-  
 gustæ festum sancti Clementis, & Dominicam ante Aduentum  
 6. Calend. Decembris egit, ac per Augustam Baioriamq;  
 transiens, Natalem Domini Veronæ coluit.

Cluniacensis.

\* leg. Campi-  
donensem.

1050. Imperator verò idem festum in Saxonia mansit. Ipsa hyeme cùm Episcopus Ratisbonæ Ratigebhardus, qui \* Capidonem Abbatiam nuper beneficij loco ab Imperatore acceperat, in Pannoniarum terminis moraretur, cedentibus Vngarijs, fines eorum ingrediens, prædas inde abduxit. Sed ipso discedente, plurimus Vngariorum exercitus fines nostrorum inuadens, plurimam partem captiuit, incendit, atque vastauit. Imperator Paschale tempus apud Traiectum moratur. Dominus Papa Leo post Pascha Synodum item Romæ collegit, & subsecuto tempore ultra Romam progrediens nonnullos locorum Principes & ciuitates tam sibi quàm Imperatori iureiurando subiecit, Beneuentanosque adhuc rebellantes excommunicauit. Nonnulli etiam exterarum Principes gentium, missis ad eum, utpote Apostolicum virum, legatis, subiectionem ipsi promittunt. Imperator contra Gaznerum Ducem Bolanorum rebellionem molientem, expeditionem parat, grauique infirmitate detentus, pacem pactumque eum petentem suscipiens discessit. Gebhardus Ratisbonensis Episcopus cum Conrado Duce Baioariæ & Adelberto Marchione, alijsque quibusdam Episcopis & Principibus Baioariæ Heimenburg reedificant, & magnam Vngariorum copiam se inuadentem prosterunt, & usque ad innumerabilis exercitus eorum præsentiam, refugientem persequuntur; cunctisque Vngariorum agminibus diuinitus immisso terrore, vertentibus terga, ad castra, Deo gratias reddentes reuertuntur. Ipso autumno Dominus Papa Synodum Vercellis collegit & Hunfridum Archiepiscopum pro quadam inter Raennatem & Romanam Ecclesiam contentione ab officio suspendit, indeque Gallias & Episcopatum suum \* Leucerum ciuitatem reuisit. Quoq; tempore Agnes Imperatrix tandem Imperatori filium peperit.

\* al. Leucor.

Im-

1071. Imperator Natalem Domini in Saxonia apud Gos-  
 lare egit, & multos ex Principibus filio suo iureiurando  
 fidem subiectionemque promittere fecit. Nec multo  
 post ipse \* Dominus cum multis Episcopis & Principibus <sup>\* al. ipse est</sup>  
 apud Augustam Vindelicam conuenientes, Purificatio- <sup>Dominus Pa-</sup>  
 nem Domini Genitricis celebrauerunt. Rauennateque <sup>pa.</sup>  
 Archiepiscopo apud Papam inibi reconciliato, charita-  
 tate à se inuicem discedentes, Papa Romam reuertitur,  
 Imperator Nemeti partem Quadragesimæ, Paschæ verò  
 festum Coloniae demoratur: ibiq; filius eius Henricus ab  
 Archiepiscopo Herrimanno baptizatur. Post Pascha item  
 Dominus Leo Papa Synodum Romæ collegit, vbi inter alia  
 Gregorium Vercellensem Episcopum propter adulteriũ  
 cum vidua quadam auunculi sui sponsa admissum, & periur-  
 ria perpetrata, absentem & nescientem excommunicauit:  
 quæ tamen non multo post Romã uenientẽ & satisfactionẽ  
 promittentem, officio priori restituit. Per idem tempus Im-  
 perator Lantpertum Comitem rebellare molientem, ad de-  
 ditionem compulit. Eadem ætate Bardo venerabilis Mo-  
 gontinæ sedis ex monacho Archiepiscopus, omni pietate  
 & sanctitate mirabilis. Idus Iunij adhuc vita subtrahit<sup>o</sup> mul-  
 tis post obitum claret miraculis: pro quo Imperator Luid-  
 paldum Babinbergensem Præpositum constituit. Item pro  
 Theodorico Constantiensi Episcopo 10. Calend: Iulij quin-  
 to præfulatus sui año post longam ægritudinem defuncto,  
 Rimaldum promouit. Rauennas quoque Archiepiscopus  
 Hunifridus veneno, vt aiunt, subito perijt. Sequenti au-  
 tumno magno cum exercitu Imperator, pactum Andreae  
 Regis, vt per legatos offerebatur, accipere contemnens,  
 Pannonias petijt, Gebhardoque Ratisponensi Episcopo  
 & Velf Brezilaoque Ducibus ad Septentrionalẽ partem  
 Danubij depopulandam transmisit, ipse deuecto è nauibus  
 quan-

quantum poterat sumptu, longo propter fluuio-  
rum circuitu, per Carentani fines transiens, periturumq; re-  
gnum inuadens hac & illac Vngarico exercitu latrocinan-  
tium more fugitante, & nusquam æquo Marte conferre mi-  
num audente, omnia circumqua; quoad sumptus militi  
suppetebant, vasta reddidit. Sed cum laboranti iam pen-  
ria & fame exercitui Vngarij iam reditum pararent inter-  
cludere, oppositisq; per ripas fluminum præmunitas vado-  
sasq; paludes copijs suis, omnes se vel ad deditiõem cogere  
vel inedia minitarentur extinguere, milites interriti ho-  
stes per fluuios obstitentes, incunctanter transuadentes fu-  
gant, quandamq; munitione firmissimam ad pontem \* Ra-  
bantza fluminis structam, in qua maximam hostis fiduciam  
habebat, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus, & Bolanis  
milites non sine sui periculo flumine transito, in breui  
expugnatam capiunt, cæsis palatisq; Vn-  
garijs \* reliquo exercitui...

\* Exercitui vni  
am pandunt.  
Reliqua enim  
in nostro m. s.  
absunt, que  
lege in Vrslu-  
ana duplici e-  
ditione, vbi  
subiunctum ha-  
bes Chronicon  
Bertoldi Con-  
stantiensis, qui  
ab obitu Her-  
manni, hoc est,  
ab anno 1054.  
continuat hi-  
storiam vsq;  
ad an. MC.

